mortuorum / hic qui incarnatus est per spiritum sanctum et ex presentacionis quod esset latebat / Sed cum ut resurexit in virtute dei a mortuis manifestatus erat esse filius dei Omnis enim ambiguitas et diffidencia calcata est ut supra dictum est / et compressa / in hac et ihesus apparuit mortem vicisse / et morti illusisse / ut redimeret nos et ad pleniorem confusionem calumpniancium quibus apostoli gravissime restiterunt / tristes multos sine resurrectionis testes suscitavit / quod apostolis sensus / ut scripturas intelligerent / Et spiritum sanctum in flatu dedit / hec triplici testimonio fonentur ab eis omnem ambiguitatem / Ex quibus patet quod omnia que ante ascensionem et post facta sunt / et magis et magis post etiam omnibus declarabat / et ita proveniebat ad redempcionem humani generis calumpniancium / Dicit Ambrosius hec maior virtus et victoria videtur in christo / ut ea potestate operaretur mortuus qua operatus fuerat et vivus / et loqui de potestate mirabilis que christus faciebat per discipulos / Sic hoc exponit de unoquoque iusto et de illa exposicione et declaracione ponit quod sequitur / Dicitur propter bonorum multorum / quorum profectus impeditur per humanas calumpnias illatas / Et quod gregorius dicit super Ezechielem Omelia lx huius vita in quo imitacionis est posita / si pravi dum viam dei bonorum aspiciunt / ne eorum predicacionem non audiat / que audire potuerant / et in pravis moribus boni vivere contempnent / quia propterea propheta hiis cum pati ad sustinendas calumpnias timeret eas deo petens / Redime me a calumpniis hominum scilicet me et vias meas impedientium / Dicitur enim Ezechielis xxii advenam opprimebant calumpnia id est illos qui peccatores converti convertunt advenas et peregrinos Sed ista dicta sunt de calumpnia quia [illegible] sequitur enim et per malicia dixit Canaan in manu eius statera dolosa calumpniam dilexit id est malicia Ozee xii / Sed nisi per mendacio / vnde in verbis que Salomon timuit / vnum est mendax calumpnia Ecclesiastici xxv / Sed capitur per adversitate Ecclesiastes v Si videris calumpnias egenorum ne mireris Certo pro iniquitate Ecclesiastes iiii / Vidi calumpnias que sub sole geruntur / Sed videtur de calumpnia / et perit fama et opinio bona / que quidem necessaria omnibus in officiis / ac ministeriis constitutis dicit enim Ambrosius libro primo de officiis / Ministros dei requirit / ut habeat bonum testimonium / non solum fidelium sed etiam ab hiis qui foris sunt / Dicit enim ratione incertum testem esse probate existimacionis / ne derogetur muneri / ut qui videt ministros congruis ornatos virtutibus / auctorem predicet et dominum veneretur / laus enim dei munda possessio et innocens familie disciplina Exemplo hec demus statim / quod opinio bona cum magna gravitate acquirit / racio quia elaboratur virtutibus quod est difficile / virtutes enim et vita sunt ita difficile dicit philosophus / et hec virtutibus vestitus / que consciencia faciunt florere iuxta id Canticus in floribus Sed illis quibus ista habundat diffundit se usque ad exteriora faciens hominem clarescere / et alios fieri manifestum / quibus christus tempore sue dispensacionis lucebat / Unde

Accipe omnia facit surdos facit audire et mutos loqui / Et quod dicit Gregorius libro vi moralium Dravus labor eorum ponitur vita illius

et violenta iudicia et publicis iniustis ne mireris

2° hoc [illegible] quod ipse / Quod quilibet iustus [illegible] / 4° secunda pars 4 2a quaestio

Incerte que finem perpetue et perpetuam in circumspectione custodie et ut sic posset fructus suos mereri. Hoc ergo ita debet ponere hec. Ad secunda dicendum quod ut a calumpniis redimatur non est prohibita. Ad deum ideo ista conclusio conceditur patet quia propheta petit in oratione a calumpniis liberari. Sed quod propheta licuit, quare aliis non licet, nec appareat, ut ad Christi patrem, qui calumpniantibus se nec respondit verbum, nec egit ab eis liberari, sed factus est sicut homo mutus, et non aperiens os suum. Racio augustinus. Dominus quando passus est, nec arguebat nec increpabat, nec comminabatur, neque non faciebat quod dicit sed expectabat ut complerent illi omnia, et implerentur omnes prophecie que de eo erant dicte. Dictum non est de ipso sicut ovis coram tondente sine voce non aperuit os suum. Tacebat quidem in passione, sed non erit tacitus in iudicio. Ex qua conclusione et probacione sequitur quod calumpnie quas iustis inferebant non erant vane. Dicit enim mala per calumpnias quesierit eius quererent mala de bonis, scelerata de innocentibus, et falsa de veracibus. Dolo sed et medosa, quelibet quo ad iustos vana esse videntur, quia sine causa inferunt. Vana tamen non esset, si de talibus suos iustos non prestrenarent. Ex quo sequitur ulterius. Et si calumpnie iustos non impediunt, tamen tacere eis melius est, quia eos habent, tamen quit non impugnent terra tamen contra ita instanter quando falsi eius impositiones evadere, que apud deum non nocet calumpniato, sed calumpniam, nec impediunt custodiam mandatorum, sed fit gloriosior calumpniator calumpniatis et tribulatos mandata servaverit. Tamen ad propriandas improbitates per se ipsos non cadebat. Et respondetur quia sicut dicit Ricardus non facile quando opprimitur mandata custodit, quamquam cor aut respiciunt timori cedit, et affligitur, vel mentis tristitia calumpnie vel dolore. Ideo propheta videns infirmitatem suam et difficultatem resistendi considerans quam vanitatem calumpnias esse consideret et frequentes non petivit sibi eas non fieri sed petit ab eis redimi, ut nec eas timeret, nec eis terreretur, sic ut propter bona dimitteret vel mala committeret, sed ut equo animo eas sustineret, sic quod in nullo impediretur a custodia mandatorum. In Glossa dicit hic: Si hec mea mecum egeris, si in partem donaveris, ut emulatores horum non pertimescam, ero in libero custodire mandata tua. Ex quibus elicitur et si calumpnie ad nostram purgacionem faciunt, tamen contra est in eis quam inferunt temptacionem. Prima pars est Gregorii xxvi libro moralium cum dicit: Nam ne conscientia pravorum reproborum more tritura electorum vitam quasi grana a paleis suis pressis premit et purgat. Dum enim affligunt a pravis de pravitatis compadiunt. Dum molestiam inferunt, fortitudinem ad superna compellunt, sic dum iusti terrentur via libertatis intenditur. Sed 2a pars patet quia calumpnie cor quietum commovent, animum turbant, tristiciam ingerunt et ita gravem pugnam temptacionis ingerunt. Et Gregorius dicit: Grave calumpnias sustinere quas mereris pati, quod quamquam vim animus cum labore superat hoc propheta dicens Redime me quod dicit

Captivus sum infirmitate ipsa / venditus sum quoniam parentes christi ut dicitur Prov. vii. Et ideo nisi dono gratie liberetur, non sunt unquam liber ero. iii. Et secundum quod ad acquirendum bonum nullius quod me lius quam unguenta preciosa requirunt virtutes, non qualescumque / sed excellentes. Quartum vero doctor ponit quatuor signa. Primum est ut si quis exerceret se in actu alicuius virtutis signum quod illa est excellens in eo / si nullum sibi in eo actu similis reperitur iuxta illud non est inventus similis illi. Sicut ut si quis propter exercitium actus incidit in temptationem sed in ea exerceat ex illius actus prosecutione sentiat suavitatem in mente / sicut in beato Laurencio, qui positus supra carbones propter pe cuniam distribuendam tanta ex illo actu sentiebat / quod eius ignis ardorem temperabat. Et apostoli quia propter actum predicacionis inciderunt in flagellacionem / ibant gaudentes. Et ille vigo in actibus iustitatis se exercebat / et cum ex hiis venisset ad tormenta / dixit: Si ignem adhibeas tyranne / angeli mihi de celo rorem salutiferum prestabunt. Tertium signum est virtutis excellentis / cum quis eius opera faciendo claudit hostium / et inspirat inconstanciam / et in nullo alio gloriari / nisi in deo qui velle dat et perficere / talia opera lucet valde / et propter intencionem operantis manifestatur cum deo / hoc operante qui est lux ad quem si quis refert opera necesse est ut manifestentur quia in deo facta sunt. Jo. iii. Et eius quod bonum diffusivum est sui ipsius. Quartum signum virtutis excellentis est si in eius operacione consistit augmentum essencialis beatitudinis / prout dixit Christus apostolis: Beati eritis cum vos oderint homines / et cum omne malum dixerint mencientes propter me. Et sequitur: Gaudete et exultate etc. ii. iii. v. Ex hiis habetur quod volentes odorem sue opinionis prodignaliter diffundere venialia peccata que in noticia hominum venire possent habent vitare. Racio quia ad excellenciam virtutis requiritur quod sit clare / pure lucide / et sine alicuius macule admixtione. Venialia autem velut quidam pulveres obfuscant pulcritudinem sanctitatis / et opinionem fecunditatem vite umbrant maturitate conversacionis / immo acclamant dissolucionem religiositatis / precipue iudicia prava ex levibus suspicionibus / que inter procedunt. Unde dicit Jo. Crisostomus: Conversacio tua speculum et magistra publice discipline constituta / time ne quid facias quod reprehendere velint digne laxasse videantur. Et apostolus dicit: ab omni specie mali abstinete vos. Ex hiis statim oritur quod in viris bonis / mali nulla cum inveniunt eorum famam lacerare. De qua Gregorius in moralibus: Fama que vires ex virtuosis operibus recipit favoris gratiam quasi claritatis tamen aliis / et quasi esset talibus faciendis / quamvis mutat et eorum dat / immo quodammodo succedit et impellitur ad bene vivendum. Dicit Gregorius aliud in non licet videre opera / tamen ne pasceret sua bona opinione fama. Unde tunc sumpsit mali radicem bonorum famam lacerandi. Quod tunc ex suggestione demonum. Augustinus in epistola ad ... tamen nequeunt aliquem in peccatum impellere, provenit eius famam, quia

Minatis obprobriis et malarum linguarum asperitatibus lacessiti
rueret in mundo / Ipsi sunt hec convicia / quia cecati videris
nova luce splendescere antiqua teneret vetustate / Dicit Gregorius
moralium qui bona proximorum vident / quasi quodam sue mali
cie aculeo torquentur / pena sufficit / in eorum bonis tabescunt
et sic quasi a radio lucis ex aliorum melioracione peiorantur
Et tantum livore concipiunt / ut si bona manifesta considerant eius
si que mala in proximis lateant investigant Et si eis undique
vita nostri actio laudabilis obviat / Quia bonum quod vident
accusare nequeunt / malum quod non vident ad accusacionem convertunt
Et dicit Gregorius quod in talibus malicia procedit ad odium et
invidiam / exinde ad crudelitatem / crudelitas quoque usque ad apertam
persecucionem excrescit / Ex quibus possumus considerare quod
non ita nisi malos persecuntur excrescit / sicut magni iusti
iusti in malis adversantur i. eorum maliciis / Unde annunciat
peccata eorum / improperat eis peccata legis [illegible] sunt operibus eorum.
ymo maledicunt eorum conversacionem / sed sunt tamen / Unde super v° Job
Ego vidi stultum firmatum radice et maledixi pulcritudini
eius / Dicit Gregorius maledicere pulcritudini est eius gloriam considera
ta iudicare cum sua dampnacione / quia atrociis tormentis ob
ruitur / qui altius in peccatis elevatur / Et quia tristis [illegible] tol
litur / manet quod periit / Et honoratur in via et in perventione
dampnatur / Et quasi apparendo lucet / sed in interitum tartareis sinu
collocatur / Ecce qualia sunt ista [illegible] iustorum de malis
Et sequitur in maledictione huius pulcritudinis moram non habui / quia
cum hanc cernerem simul et penam sequentem vidi / Non enim statim
maledixissem si quam me eius gloriae delectacio tenuisset / sed quia
supplicia mansura vidi / ideo eius potenciam reprobavi / Iusti ergo / quia
vident prosperitatem malorum venire in malum eorum / ideo contrarii
sunt eis confundunt eos et corrigunt arte acerrime et repel
lunt eos ab huiusmodi operibus et cetera ne veniant in dampnacionem
/ eternam ergo contra eos accinguntur / Ecce de rebus reprobis / Unde est
quod electi si aliquam famam acquirunt et in bonis actibus positi
firma spe in deo gloriantur / Et narrat cum hoc preter illa que
quibus sunt gloriosi afficiuntur / Ypocrita ergo cum iam dei aspectu
ultimatus fuisset / Et non iam in omnibus bonis fuisset gressus
sui directi / petit a calumpniis hominum redimi / Redime me
a c. ho. / ~~Et primo [illegible] ut iam lapsum [illegible] dicta~~ vide retro [illegible]
Notandum quod quisque homo a calumpniis redimit se ipsum / quisque deus
ipsum redimit / se ipsos redimunt primo qui auditis calumpniis / se
dant ad se ipsos ubi habitat deus / ubi eorum inhitacione [illegible]
et vultus eius / Unde super 10 psalmum Abscondes eos in abscondi
to faciei tue a conturbacione hominum / Dicit Augustinus fac ut sis
domus dei / quia si tu fueris domus dei / erit deus domus tua
habitabis in deo et deus habitabit in te / Illa ergo terrere [illegible]
deus habitat in te / ubi splendet vultus dei in te / [illegible]

Est homine sui multu in te ibi, id est abscondis se / Et dicit Augustinus
paratus est aliquis felix in hoc modo, ut cum cepit audire obprobria
hominum contra eo quod pro Christo fecerit, fugiat ad deum manere in corde suo
et incipiat sperare spem suam in dulcedine eius / hec non, ut Gregorius dicit
in corde hominum obprobria non contingunt / sed dicit Augustinus in
cor tuum intret si habeas cum Christo, id est si non est angusta conscientia sed non faciet
sibi gravem stricturam ad angustie domum / Secundo homo redimit
se a talibus dampna intuendo / dicit Gregorius qui mente perfecta fugit
in deum, omnia corporalia extendit in hac vita, quod est molestum
in morte ostendit / et in omnibus que accidunt se ipsum
regulat ex aspectu dampnorum / Non ergo se inde conturbabit si
quid ei acciderit triste / exemplum in Stephano, cum ex hoc quod vidit ce-
los apertos et Ihesum stantem ad dexteram patris lapides com-
dulces / Tercio homo patiens se redimit dampna suffrendo in pa-
cientia, quia id est paciens suffert, non irritatur, non desperatur, quiete
animum retinet et sic dulcedinem non amittit / sed adeo multis modis hic
redimitur, sed illi qui erit post hanc vitam / tunc enim dei vultus
sanctis suis apparebit in gloria / omnino a talibus abscondentur et ali-
[illegible] quia in eis amplius nulla conturbacio esse potuit / Tunc enim mu-
ta fient labia dolosa, que loquebantur contra iustos in superbia
et contemptu / sed in hac vita multiplicatur, adeo a calumpniis
eripiunt / Redimit autem deus a calumpniis quosdam per testificacionem
innocentie, sicut factum est de Susanna / quosdam per datam sapientiam
/ sicut factum est de Joseph / quosdam per apparicionem angelicam, sicut
factum est Agnete virgine / que ducta in locum turpitudinis angelum
domini reperit in adiutorem / quosdam per apariciones miraculosas / sicut patet
de martiribus / qui evadebant calumpnias tirannorum per miracula
Et Christus dominus per resurrectionem illorum / quorum corpora cum eo resurgentes
surrexerunt / purificat calumpniam illorum custodum / qui dixerunt
discipuli eius nocte venerunt et furati sunt eum / Et dicit
Redime me a calumpniis hominum, non demonum / primo quia / quia
demones quando infestant per demones / non per aliena falsa obi-
ciunt non creduntur eis / quia eciam si verum dicunt, non creduntur / quia
diabolus mendax est / et pater eius / Secundo demones per spiritualia inquirunt
nostrum malum / quia ipsi sunt spiritus a corporibus [illegible] / Et ista nos
nimis inclinant curas / quia nos sunt ut carnales ad exteriora forcius
monet / Tercio quia modicum curandum calumpnia demonum spi-
ritualium / sicut modicum curarent carnem ledentem / Et subdit
ut custodiam mandata tua / Quasi dicat ad hoc petendum non
monet me pena / non verecundia / sed fragilitatis timor / et prin-
cipaliter tuorum custodia mandatorum etc.

Faciem tuam illumina super servum tuum etc. / Et
continuatur ad precedencia sic: Quamvis [illegible] amicis tu-i

bulacionum liberari / hic iam petit liberari ab effectibus ipsarum

miserijs pro omnibus / Vel sic petit semper conservari in diuinis

directionibus / hic iam petit a domino deo illuminari / Vel sic pe

tit semper animam impedita contemplandi / hic petit sibi dari a mi

nimi cula / Primum est sensus applicacio / 2m est collacio sicut ibi. Do

ce me / Et secundum Augustinum sic tercio dicit Deo tu faciem tuam loquitur

philosophia methaphorice / et non humano / et humanitatis / quod deus membra

non habet / et tamen quilibet nec faciem / quia spiritus est deus / Jo 4 m / Est

ergo 2m Augustinum dei facies sua essencia quam philosophia hic petit sin

e se illuminari i. sibi lumine quo mediante posset illam videre / quoniam

quia in huiusmodi visione nostra consistit / quod promittitur in futuro

Vnde Mat 5 Dominus mercedem nobis promittit in futuro / Et xxx n

dicit quod sancti erunt sicut angeli dei / qui semper vident faciem patris

in celo / Sed ad hanc visionem veneris tunc videbimus dei essenci

am / sicut est / ut dicit Jo in 1a sua 3o ca / Sed cum apparuerit videbimus

eum sicut est / Gregorius super Ezechielem Omelia 3a / declarat hoc

sicut est videbimus / quia per hoc quod aspiciemus essenciam a mu

tabilitate nostra liberati / figemur in eternitate permanebimus ipse

in ipso quem videbimus / quia morte carebimus / videndo vitam

mutabilitate tristendis videndo immutabilem / corrupcione

nulla tenebimur videndo incorrupcionem / Et Bernhardus dicit xxx n

super Cantica / Sed cum videbitur sicut est stat ea visio quam nulla

interrumpit vicissitudo / Nam quod apparet in se invariabile

ita invariabiliter presto est intuentibus / qui nihil volunt videre

desiderabilius / nec aliquid querunt delectabilius / illa aviditas

nunquam fastidiet / ea suavitas numquam se subtrahet / non fraudabit

ea veritas / nec deficiet eternitas / et si metiri extenditur

videndi copia et voluntas / quoniam non plena felicitas / quia

ibi nihil deest / ea semper videntibus / nec aliquid superest semper vo

lentibus hoc ille / Ex quo sequitur quod visio huiusmodi seu faciei illi

illuminacio / non est vite presentis / Racio / quia hec visio est plena

felicitas sine perfecta beatitudo / iuxta illud / hec est vita eterna

ut videant te deum / et quem misisti Jhesum Christum / non hic in vita

ista esse non potest / quod patet / ut dicit Boecius in 3 libro de gentiles

appetitus hominis quietari non potest / quanto enim quis plus intelligit

tanto in eo plus augetur desiderium ad intellectum / quia hoc est

naturale / et si stabilitas esse non potest / hic in permixtione esse non potest

quod non est perpetue / quod in statu huius vite aliquis esset immunis

corporibus corporis ut patet sunt fames sitis infirmitates et

mors / Et anime quia non invenitur homo qui non impetatur

in ordinatis passionibus / Et in magnis non preteream medium

in quo virtus consistit / vel in plus vel in minus / Et in maioribus

Non desperetur vel saltim ignoret que scire desiderat / Vel sic debili opinione concipiat ea de quibus certitudinem scire vellet hec i(d est) non ergo propheta ad faciem tuam illumina sup(er) servum tuum. i(d est) petit visionem sui facie condonari / quia et tamen hoc est sequens tra / que dicit et doce me iustificationes tuas i(d est) non opus ut tantum doctrinacione dicere
Hec ergo quid est quod non videant / qui videntem omnia videt / Gregorius dicit / deus in hac vita a quibus vult / quomodo vult / sed non sicut est non sanctus neque sapiens neque propheta sicut videtur sicut est / quia videre deum sicut est aliud non est / nisi esse sicut ille est
hec ergo / quod ergo propheta petit / id est petit faciem dei super se illuminari i(d est) dei notitiam sibi amplius cumulari / quasi diceret / nos scio te sed peto ut hanc notitiam illumines / ut scilicet clarius videam te / Et veritas dei in nobis procedat ad perfectam cognicionem per quosdam gradus / ut tamen cum eo quo magis ... cognovimus ... faciem videre desideramus ... videntem super solem ... sed cum cum sciverimus cognoscimus / tunc dicitur nobis ipsius facies illuminata iuxta illud illumina faciem tuam super servum tuum / Sicut autem ulterius proficiamus in eius cognicione / tunc dicitur leticia data est nobis in corde iuxta illud signatum est super nos lumen vultus tui domine deus dedisti leticiam in corde meo / Et ponit Bernardus ... in sole / solem nullus videt in se / sed in hiis que illuminat sicut in aere / in pariete / in monte / Et si oculus est purus purus ... tamen sine offensione videre solis radium / quia est soli similis sicut est purus et acutus / potest magis in eum intendere / quia est sibi similior / et sic ... quod oculus est magis clarus / tanto solem videt clarius et clarius / sic est et de nostro intuitu circa deum / Itemque dicitur in psalmo accedite ad eum et illuminamini / et facies vestre non confundentur
dicit Bernardus ... accedendum est ad deum non incurrendo currendo ne invenias scrutator maiestatis opprimatur a gloria ... non corpore / sed piis affectibus orando deum / ut ipse velit nutum nostrum / suo ... ab una claritate in aliam transformari / Item petit propheta dicens faciem tuam illumina loquitur est similitudinarie / Nam sicut homo numquam perfecte cognoscitur / nec plene discernitur / nisi ex facie / sic iste petit faciem dei cognicionem sibi illuminari / ut bene discernat inter deum et alia / ut eo certius agnoscat deum / Et ... dominus dicit / et si deus propter sui excellenciam agnosci non potest plene ... tamen per opera / quia creaturis dicit Gregorius que condita sunt possumus colligere ex racione deum esse / qui condidit / et ipsum super omnia racionabiliter consistere ... secundum ... partes / quia et si deus operatio ... magnitudo illius / nulla subtilitate nostri sensus penetratur / quamquam namque de quolibet ...

cuius magnitudinis finis infra ipsum est / Unde quocumque mens nostra
in altum rapiatur / tamen immensitate magnitudinis eius distenditur
Et ideo Gregorius dicit tunc aliquid ipsius dei perfecte cognoscimus cum
eum nos digne cognoscere non posse sentimus / Dicit Bonaventura formarum
varietas et diversitas procedunt sicut quando in rebus coloratis immuta-
bilis quod aliud est / nisi quidam radii deitatis ostendentes
quid est id quod ea condidit vere est / non tamen quod est vere
diffinientes Hinc ideo dicitur ea sunt videns ipsum non videns Ex quo sequitur
quod haec cognitio incitat ad maiorem quandam / quia ista nimis est
abscisa et remota Dicit Bonaventura hoc genus videndi quod est
imperfectum est quod omnium utimur ratione ut dicit Apostolus invisibilia
dei per ea que facta sunt conspiciuntur Et sequitur eum deo quem non vides
cetera vides / sed nondum illum per iste quod eius esse inquirere
ut inquirentem non stans gradu negligentem / ignorantia non
compescit Unde iste inquirit divina / Et adhuc cognitio est imperfecta
facta sicut enim per voluntatem sensitive cognoscitur inestimabilis benignitas
sed Anima petit sibi monstrari claram faciem dei et benignam
et non turbidam / faciem nempe dei plena est gratiarum / propter quod
et angeli in faciem illam desiderant prospicere / Peten-
do ergo faciem illuminari / optat sibi a deo gradus 2um sue be-
nignitatem impertiri / per quod possit eam clarius agnoscere sicut
his prioribus sepe adeo indulta est et concessa / qui eam sicut est
viderunt / nec omnibus uno modo sed ut Apostolus multifarie multisque modis
Non tamen sic erat manifestatio omnibus / nec omnibus presto sed tamen fi-
ebat ad extra ut puta per imagines exteriusque apparentes / et per
voces exteriusque sonantes Et secundum cognitio altior erat quam
prima / quia prophetalis cognitio non est ab inferiori ea / nec
est ab imperfectiori prima / nec est ita generalis ut prima / sed est ab
ipso deo iuxta id omne datum optimum / et omne donum perfectum
descendit a patre luminum / qui spiritus propheticum illuminat de hiis
que interiorem secundum eorum concedunt / Continueque n. ut in pro-
verbiis / accedit homo ad cor altum quod alter dicit de cognitione in propheta
Dicit Trenorum iii / sedebit solitarius et tacebit / quia levavit se super
supra se / Hinc est quod in pluribus ipsi prophete dicunt se esse quasi
levatos / quandoque dicunt se esse in excessu mentis / quandoque se esse
in spiritu / et aliquando se esse raptos Ex quibus patet quod ipsi prophete ia
erant ministri dei ad excolendos homines per salutis assertionem
Unde dicit dominus Johannis iiii Alii laboraverunt sed in colenda synagoga
notat prophetas 2um Bernardum / Et vos sed Apostoli omnes preter tolle-
rantiam martirii in laboribus eorum introistis / Unde prophete dixerunt
bonos propter laborem et excellentiam / sicut Apostoli oves propter tollerantiam
martirii iuxta id mitto vos sicut oves in medio luporum
Mathei x Dicit Bonaventura ubi est dei cognitio multum differens

cib illis parit diabulus / quia sed deus dignatur venire in amantem
spiritum / et in eorum principaliter operari / non .i. ut ipse dixit ante
quidem deum cognoscere sufficiat / nec est multorum cognicio per ea que
facta sunt / nec id quod est pauco[rum] / que est visa et audita
voluntati specialis prerogativa suscipere principalis illapsum / ut
.i. in ipse deperdet habet non figuralem sed illapsum in fusum
/ non apparentem / sed sufficientem / Non ad finem dubium / sed quo in
timore eo ... candiorem / cum intima penetracione / iam cor
letificate / Et valde gratus id amore ... colore hic / Ex quo sequitur
quod dominus deus hominum mentes non illuminat naturaliter / et Racio quare libe-
ber est in summo / et quicquid agit voluntarie agit / Et si enim lux
est vera illuminans omnem hominem / actu non naturaliter sicut alia
lucida / que quasi natura lumen suum diffundunt super illuminabilia
sed libere et voluntarie / Et ideo Job xxxvi dicitur in manibus
abscondit lucem et precipit ei ut rursus oriatur / Vel sic
ut deus sibi daret talem cognicionem per quam ipsum in se ipso
presentem esse cognosceret / nullus .n. dubitat quod deus ubique est
/ actu non omnibus sed ut dicitur tractando de facie dei ma-
gis / Job xxxvi dicitur / quod est quod deo dicit ecce / / in
... ante dicitur de ea re quam in parte monstraverit / et quia
ubique presens est / ... dicit / Ecce ... non videntibus
ad esse mora / Dicitur ergo illumina faciem tuam .i. quod ...
lez manifesta presenciam tuam / licet in ubique presens sis / tamen
non possum te videre / nisi tu me illuminaveris / ... quod Job ...
quod lux in tenebris lucet / et tenebre eam non comprehenderunt
/ Et exposito sed quod licet deus sit presens ubique / tamen non cognoscitur
credens omnibus / Vnde dicit in quadam contemplacione / Mon-
...us deus est desiderabilis / quia desiderant in te prospicere
/ in bonis est delectabilis / quia in eo assidue felices letantur
/ in hominibus iustis / est amabilis / quia ipse est cor deus
/ et ipsi sunt spiritus eius / Optat ergo propheta / ut deus qui est
in omnibus creaturis mirabilis / quia omnia potenter
creat / sapienter gubernat / et benigne dispensat / ut ...
... eo esset per fidem / credimus .n. christum per fidem habitare in
cordibus nostris / ut in eo esset per amorem / quia deus
caritas est / et qui manet in caritate in deo manet / et deus
in eo / ut in eo esset per intima mansionem / Dicit Bernardus beata
anima apud quam deus requiem invenit / in cuius tabernaculo
requiescit / ... veniemus et mansionem apud eum
faciemus / Dicit ergo faciem tuam .i. non in se quia tu es lux
... sed illumina super servum tuum .i. quo ad me .i. luce tua
me illustrante percipiam in me ipso tuam mansionem / Ideo sic
dicitur Ponitur ... angelis impedimentorum non
sufficit si non tribuatur hominis illuminacio dei / Racio est quia

modo impedimentorum promouet ad illam partem iusticie / que
est declinare a malo / sed illuminacio diuina promouet ad illud que
est facere bonum / et notandum est / quod vna pars iusticie sine alia non
sanat / Si enim quis vitat mala et non facit bona / non habebit
meritum vite eterne / quia [illegible] illi qui bona egerunt ibunt in
vitam eternam / Et si quis bona agit et non vitat mala / ille fe-
mixtum bona per mala confundit / Sed que impedita sunt amo-
uenda attendamus ad ordinem diuinum sicut et inuenimus / primo enim timor
domini / qui segregat hominem ab omni opposito / quod absoluit
diuino amori / Et ideo timorem sequitur caritas / que
est diuinus ignis in anima consumens omnem rubiginem viciorum
et preparans locum diuinum / Sequitur sciencia que est donum / quo homo per-
fecto docetur bene conuersari inter malos ita quod nec aliorum
peccatis posset corrumpi / Sequitur pietas que ad regnum est
donum / quo quis sufficienter confidet in se ymagine dei / ut
per actuale esset dei cum decora / et ita ut sequitur consilium
hoc actualiter intuetur diuinas veritates vitales / concipit diuinas
bonitates / et mentem attrahit ipsius beneficia / et sue potencie
miracula / Sequitur fortitudo quo dono tales disposita nullis
permittit se contaminare terroribus / nec infici prosperitatibus
Sed parma iusticie se protegit ad dextris et [illegible] a sinistris
Sequitur consilium quo dono homo ~~[illegible]~~ extendit adhuc ut in
omnibus suis viribus esse possit regulatus per diuina consilia
Et per consilium omnia sibi sunt semota impedimenta / Sequitur intellectus / quo
dono homo eleuatur ad hoc ut diuina possit clarius quam [illegible]
scire / quam ea fides quibus deus inspirat / Et sequitur sapiencia per quam
homo in hijs que celestia cognoscat degustat dulcedinem et
sentit illorum cognitorum suauitatem / Ex quibus patet quod hec di-
gnitas non est nisi per christum incarnatum sponsum ecclesie sancte
dei / Ipse enim in incarnacione sua attulit nobis hec dona spiritus
sancti per que disponimur ad spiritum dei cognoscendum [illegible] / sicut
testatur Ysayas xi Et requiescet super eum spiritus domini / Item super
eo murenulas aureas faciemus tibi / Dicit Beda loquens
sponsus ecclesie aurum i. sapientem mentem in omni vide [illegible] po-
teris / Et similitudines auri i. claritates celestes preparabimus
tibi efficiemus / quod per me incarnatum per illuminacionem scripturarum
procedes a claritate in claritatem donec omnibus appareat
vnde quod nunc latet in diuinitate / Et Bernardus hoc exponens
sermone xliij super Cantica Dicit / quid aurum nisi diuinitatis fulgur
[illegible] sapiencia est .i. que desursum est / quid ergo est aure-
as murenulas facere / nisi tropice quasdam spirituales dei
similitudines quedam signacula veritatis / quasdam refulge-
ncias diuine bonitatis / quasdam presignaciones diuine sapiencie
et anime interius inserere / ac eius aspectibus insinuare

spiritus sapiencie et intellectus spiritus consilii et fortitudinis spiritus sciencie et pietatis et replebit eum spiritus timoris domini

Ut id videat / ut id diligat / ut id contempletur / ut in illo
delectetur / saltim in enigmate quam faciem ad faciem intellectu
vel intueri. Hec ille. Ex quibus habemus quod sponsus cognicio
maxima secundum latitudinem / tamen citra comprehensionem. Dicit Bernardus
ubi supra sermone xxxii. Sponsus in quanta multe dulcedinis sue
coram dilecta sua dignatur quod se transformare / et commutat
multas eius similitudines ducens / nunc quasi verecundus sponsus
petit amice secretos amplexus / nunc in eius epulis delectatur
sicut [illegible] in oleo et unguentis eius ut medicus / nunc se associat in
via et consolatur / nunc ut rex magnificus pauperis sponse
erigit pusillanimitatem et eius in se provocat cupiditatem
ostendens ei omnia desiderabilia glorie sue / nunc introducit eam
in secreta sui cubiculi / et non est quod ab ea queri stimet absten
dendum / quia redemit in inopia / quia probavit fidelem / quia
amplexatur amabilem / nec cessat sub hoc modo / nunc alio
alio apparere conspectui querentium eum / ut impleatur sermo
quem dixit Ego sum vobiscum usque ad consummacionem seculi.
Et in his omnibus suavis et mitis et multe misericordie
ut in osculis affectuosissimus et blandus / in oleo et unguentis
clemens et affluens visceribus pietatis et compas
sionis / in via hylaris affabilis plenus gratie et solacii / in
ostensione divitiarum munificus ac largus pro regia liberalitate
remunerator demonstrat. Unde propheta de christo sic dicit Spiritus
ante faciem nostram christus dominus in umbra eius vivemus inter
gentes. Ex quibus elicitur et si vel preteritorum sanctorum in luce
clara / tamen respectu beatorum adhuc sumus in umbra. Unde dicit
Bernardus quod non sunt veteres dicuntur umbram petiisse. Nobis
autem per gratiam christi in carne presentis quod se illuxisse veritatem / nos
quoque respectu futuri seculi in quadam umbra veritatis vivimus
dicente apostolo / ex parte cognoscimus et ex parte prophetamus. Et alibi
non quod comprehenderim aut perfectus sim. Et Bernardus ille reddit
rationem dicens / cum menti divini splendoris aliquid illuxerit continue
nescio unde assunt ymaginaciones quedam rerum / videlicet inferiorum si
militudines divinitus infuse / sensibus convenienter accomodate
quibus quodammodo adumbratus purissimus ille ac splendidissimus
veritatis radius / et ipsi anime tollerabilior fiat. Et quibuscumque
communicare velit capabilior. Propheta ergo hic per commodicam serat
ad dei peticionem. Petit enim ut in divinis cognicionibus cla
rior et clarior fiat / magis ac magis illuminatus esset / quia
sic et non alio posset aliquid sentire de illis quibus
deus iustificat. Unde subditur ut discam iustificaciones tuas.
Tunc quidem sponsus illustrat et vivificat / et iustificat.
O reges superni hic valde appendit. Dicit enim sic O me
felicem si lucem / anima mea contemplacione [illegible] intelligibile splendoris

Illumin ... splendor

vt videam quod vidi prius / et sicut vidi prius / et sol et aliquid quod de
lectat quod magnificat quod venustat. hec ille. Idem in epistola ad ianu
kum fratrem / nisi apta fuerint omnia que scripta sunt ab eo
qui tamen clauem David qui aperit et nemo claudit / et nemo aperit — claudit
nullo alio constante pandentem / Ex qua concione primo colligitur
quod possibile est intellectum hominis adeo a deo illuminari ad bonorum opa
rum / Ambrosius etiam lumen ex similitudinibus declarat. Dicit enim
sic illuminat deus suos sanctos / et lucet in cordibus iustorum
Ideo cum videris sapientem agnosce quanta descendit in eum
gloria dei / quanta illuminant mentem eius fulgore sciencie et cognicio
nis / Et dicit eciam deus ex corpore illuminauit faciem moysi
sicut quod consignata erat gloria vultus eius / quam iudei videntes
timuerunt / sic ex presencia solis etiam pallidus confert lucidita
tem / et ferrum vultus humani a calore ignis calefacta rutilans
efficitur / sic orgente die gemme rubent / et radios suos
in proximum diffundunt / Ex quo corporalia res que sunt ca
paces radiorum suorum ita illustrat / et ita mutat / et deus eum
sua visione et allocucione illustrauit / non est dubium quod ipse
illuminet spiritualem mentes hominum / Secundo colligitur quod illuminacio dei in
homines venit ex aduentu ihesu christi / Vnde moyses in figura tantum
recepit claritatem / christus maiorem accepit in veritate / Vnde dauid
dicit ad dominum ihesum vultum tuum illumina super seruum tuum i. faciem
christi illumina super populum nostrum / ut ipse cunctis mentibus velamen de
ponet et possent illuminari / Dicit Ambrosius implebat propheta in
hac incarnacionem domini / Obsecrant namque postulantem ut videret diem
christi / et multi reges et prophete voluerunt videre et saluatorem agno
scere / et vno facie aduenientis ex virgine querebat videre / ut
illuminarentur in corde / sicut illi illuminabantur qui dicebant no
ne cor nostrum ardens erat in nobis cum aperiret nobis scripturas — luce vltro
Ex quibus colligitur quod tercio claritas scripturarum cognicio venit hominibus
ex christo domino incarnato / facies enim dei scriptura est dicit quod
sicut homo agnoscitur ex facie / ita deus agnoscitur intellectu spi
rituali scripture / Vnde in passione christi velum quod interiora
templi occultabat scissum est ad medium videns / quod in christi
aduentu ablatum est velamen scripturarum / Vnde Ambrosius dicit
etiam lumen vultus moysi est misteria legis secundum fulgorem non
carnalem sed carnem spiritualem intellectum / et quamdiu dominum vixit
Moyses et alloquebatur populum iudeorum / tamdiu habuit
velamen in facie sua / quia a populis legem non carnaliter intelli — carnaliter
gebat / et timore implebat / Sed mortuo moyse ihesus naue
tam non per velamen / Sed facie reuelata alloquebatur / et sa
cerdotes ad plenum populum / et nemo iam trepidabat / Hoc vtique
significabat immediate quod venturus esset verus ihesus / ad quem se — immediate
homines conuerterentur / Sed cum audire vellet auferretur velam

De corde suo ut revelata facie viderent salvatorem. Sequitur Doce me iustificationes tuas scilicet facere. Plures enim non vere sicut propter
adiscio. Unde Augustinus dicit: qui videt licet in memoria teneat quod
audivit nequaquam didicisse putandus est si non facit. Et probat
Augustinus hoc quia in Johanne omnis qui audivit a patre meo et didicit venit
ad me. Nullus autem ad Christum venit nisi qui bona facit. Et
nota secundum quosdam quare propheta petit illuminari et doceri. Videtur enim quod ad unum
illorum sufficeret. Respondetur quod aliqui etiam sunt divino lumine quod
agnoscunt suam ignoranciam et errorem et defectum, qui tamen
adhuc non sciunt sciam agendorum sicut sciebat Paulus licet fuisset
conversus celesti lumine. Tamen nesciunt quis sibi loquebatur et
quid eum oporteret facere. Unde dixit quid vis me facere.

Exitus aquarum deduxerunt oculi mei quia non custodierunt
legem tuam. Iustus es Domine et rectum iudicium tuum.
Mandasti iustitiam testimonia tua et veritatem tuam nimis.
Et continuantur primus versus ad precedencia sic. Dixerat propheta precedenti
dirige gressus meos secundum eloquium tuum. Dirige gressus meos
dirige. Iam deplangit hic quod lege transgressi directionem eius
custodit. Dolendum enim est quod homines non sequuntur directiones dei
quia recipiunt sunt secundum omnem voluntatem eius et si sunt patribus presentes
sicut petitione illa petere et quod si datur abinde reportant ingratitudinem
et contemptum. Vel secundum [illegible] propter quod in sibi dominatur omnis
iniusticia. Hic ostendit quomodo solet hominibus iniusticia
dominari quia non custodiendo legem dei. Quod non custodire
de custodiendo legis omnem excludit iniusticiam. Sed ergo in mundo
sicut se subiecit si ad non custodit. Qui non facit peccatum sed committit
contra legem servus est peccati. Vel sic supra posuit petitiones
tres contra [illegible] in pluribus versiculis. Hic ostendit dispositionem
suam ad impetrandum illas videlicet perfectam et devotam planctus
que notatur in habundancia lacrimarum. Et mox post hoc de
declaratione istorum versuum videlicet iusticia dei et suorum mandatorum
strictitudo provocat peccatorem ad habundantem plangendum.
Et post istorum versuum ordine huius patet vel si quis dicit non lacrimas
sed aquas que contra flumen emisisse. Et quare subdit quia
iustus es et quia mandasti nimis tua veritate et tua testimonia
ac iusticia scilicet custodire. Supra quia non custodivi et tuum iudicium
rectum est et intransmutabile. Ideo oculi mei contra Christum.
Sunt adhuc istorum versuum due expositiones satis notabiles.
Prima secundum [illegible] de dei illuminatione sufficienti. Adhuc tempo-
ralis et tanta manet inter malos. Et de bonis malis est con-
mixtus. Et enim Augustinus videtur esse quedam confusio sed bo-
nis et malis est tanta quod valde non in multis conveniunt
sicut emittit Augustinus quare nascuntur mundi conditionem generis

[H]umani sortiuntur simul ferunt mortalia corpora, utuntur luce so-
libus fructibus, consimilibus adversitatibus, sine pace, sine bel-
lis, sine salute, sine peste, et quod plus est male et bene vi-
ventes omnes christiani divino caractere insigniuntur, omnes uno
baptismate abluuntur, ad unum altare accedunt, omnes eisdem misteriis
celebrandis intersunt. Pro ideo iste petit: Faciem tuam illumina
super servum tuum, id est notum fac quod discerno discerno a te, quia non sum cum
zizaniis licet mixtus [illegible] ego sum cum eis. Iudica me deus, id est
ostende et discerne causam meam de gente non sancta. Appareat
differentia inter te [illegible] eum qui in te credit et illum qui non credit, licet
nisi par corporis infirmitas, tamen non est par cordis constantia, licet
par labor, dispar tamen desiderium. Ideo emitte lucem tuam et ve-
ritatem tuam. Illumina faciem tuam super servum tuum, ut videant
qui oderunt me et confundantur, quoniam tu adiuvisti me et con-
solatus es me. Unde ista procedit petitio? Videtur quod obviat
humilitati, quod quis cupit aliis innotescere. Dicit Bernhardus quod virtus
illuminat splendore suo et amor inducit affectum, itaque homo
cognoscat se et minorem se sine dissimulatione, sine palpa-
tione. Necesse est quod se ipsum iudicet vilem, quia illa veritas
ostendet eum esse in veritate dignum esse derisione et contemptu
et omni inferioritate, ymmo dignum suppliciis et tormentis.
Habito isto iudicio veritatis adhibe ad id affectum ab [illegible]
ob optabis non aliud apparere [illegible] quam te inveneris, optabis
omnes illam quia de te ipso cognovisti [illegible] sentire. [illegible]
Pro eo scilicet primo quod voluntaria humilitas nobis est necessaria. Se-
cundo quia ea que est necessitatis non habet meritum, et quod quia christus
nobis illam commendavit in se ipso, qui cum esset deus maiestate,
tamen ex caritate voluit in omnibus humilis apparere. Disci-
te a me quia mitis sum et humilis corde. Secundo quia quicunque
tamen est cum aliis et cum multis convivit socialiter, et saepe pa-
titur, saepe [illegible] in hoc quod socii sui indigna cogitat de eo
sic quod [illegible] iniurie que sibi irrogantur, et in deum
redundat. Ideo propheta petit ut innotesceret, ut gratia dei
innotesceret [illegible] notificata gratia alii suo officio essent
subiecti devote et ipsum haberent in honore. Tertio quia licet
expedit hominibus omnia scire de nobis que nos scimus, [illegible] quod
posset prodesse agnoscentibus, ut ea deus notificaret est petendum
sicut hoc est facere sermone salutis. Hoc est [illegible] ad instar pro gloria dei, et
sic multos sanctos legimus qui petebant ut deus notificaret aliis
quod ipsi essent eius servi. Sicut Moyses recusabat ire ad
Pharaonem nisi deus dedisset sibi talia per quibus posset apparere
quod deus misisset eum. Unde [illegible] propheta dicit: [illegible] iam sum
redemptus a calumpniis hominum, ita quod iam michi [illegible]

ayt xi

Crimina non imposuit, nec mea pessima facta decolorat, ita nichil mali
de me presumit. Illumina faciem tuam super me, ut me ad tuam
sortem proximam agnoscat. Sic namque apostolus ero alios docere iusti
ficatos. Efficax enim est doctrina cuius doctoris opinio dulcis
est omnibus quia est amabilis omnibus.

Alios exponitur sic: faciem tuam, id est illam ymaginem ad quam creatus
sum, illumina super servum tuum, id est fac ut tua ymago et similitudo
sit illuminata in servo tuo. Secundum Anzelmum in suo Monologion
dicat ex eo quod mens hominis est sui ipsius memor et se ipsam intel
ligit et amat, est ymago illius essencie que per sui memoriam
et intelligenciam et amorem in trinitate ineffabili consistit, et ex hoc
mens probatur esse ymago dei, quia ipsius potest esse memor,
id est potest intelligere et amare. Petit ergo propheta ut ea que sue
menti sunt naturaliter impressa, quia illam per voluntarium exprimeret
effectum, ut videlicet spiritus actualiter memor esset, ipsum quod intelligeret
et amaret. Sic namque veritas quod deus est in memoria luceret. Sic boni
tas que deus est suo amore concupiscibilem voluntatem ex
ornat. Sic iusticia dei qua inoratur in omnibus beneficiis
hiis domus virtutibus et indicibus propriam memoriam dignificat.
Itaque ex hiis huius mundi ymago redditur clara et lucida, et
ab omnibus erroribus, opinionibus et estimacionibus nocivis, ab
omnibus delectacionibus, amoribus et vanitatibus pravis,
ab omnibus altitudinibus, potestatibus, honoribus que in illis
que in eis latere posset occupare memoria hominis sit purga
ta et ita iustificata et facta deo digna. Et ideo postquam
petivit faciem illuminari quasi addit: iustificaciones tuas doce me, quia
in illustracione faciei confertur iustificacio. Ex quo patet
quod nichil est ita precipuum in homine sicut scire, intelligere
et amare summum bonum. Hoc est Anzelmi in [...] et racio quia
in hiis consistit omnis perfeccio, iustificacio et eius totalis
eminencia. Licet hoc posse facere precipuum est in homine et quod
regat, quod ea que sunt precipua in potestate debent magis
esse in voluntate et per quod in hac ope. Ex quibus patet
quod nichil est homini racionali ita naturale sicut hec posse, vel
le et facere. Racio est quia nichil ita convenit creature que
petit sicut discernere iustum a non iusto, verum a non vero,
bonum a non bono, et minus bonum a maiori bono, et facta
discrecione quod est maius bonum eligere, quod est non bonum
respuere, quod est minus bonum postponere, et facta eleccione id quod
magis est bonum et acceptum et approbatum diligere et amare,
quia sine discrecione ista non sequerentur, ipsa discrecio superva[cua] / frustra
esset. Precipuum ergo quod ad hoc homo factus est ut deum pre omnibus
amaret, ymo ut nichil nisi ipsum aut propter ipsum amaret, quia
deus est summum bonum et nichil est bonum nisi propter ipsum. Ama
re autem non posset nisi ipsum intelligeret. Et eius memor

Dixit et ergo isto exiit anselmus / quod quilibet homo totum suum posse
et totum suum velle ad deum integraliter amandum et meditandum debet
impendere. Et racio est quia ad hoc recepit suum esse / ut hoc fa
ceret. Et beatus Anzelmus concludit quedam valde multum notabilia scilicet
quod quicunque amat deum amatur a deo / si amet et amatur vivit
deo / scilicet adeo vivit ut quem amat / et ut amat vere esse ut
sic amet / quia inconveniens est deo sapienti et omnipotenti ut quod
facit ad se amandum / quem deum vere amant quod firmiter ut sponte eum
contemplet / aut nolens teneret aliqua violenta cum illet et hoc
concludit Anzelmus hoc per talia media nisi ad bonus assencionem

**Exitus aquarum deduxerunt oculi mei quia non custo
dierunt legem tuam. Iustus es domine et rectum iudicium
tuum / mandasti / testimonia iusticiam tuam et veritatem tuam nimis**

Et continuatur primus versus ad precedencia sic / Supra propheta petivit
deum pro transgressoribus et infectoribus dei / dicens vidi prevaricantes
et tabescebam / nunc deplangit hic quod legem suam predictorum non cu
stodiunt / Dolorosum enim esse debet homini si non recipiuntur dictos
dei / que gerunt et sunt cum omnem voluntate eius / et si sunt bona
petita illam petere / et gracia si datur abire sonat ingratitudinem
et contemptum / Velle supra propheta petivit ut sibi donaretur animus
iniusticia / hic ostendit propter quod solet iniusticia hominibus dari
quia non custodiendo legem dei / quoniam enim custodiendo legem omnem
excludit iniusticiam / sic ergo iniusticie se subicit / qui eam non
custodit / quia enim facit peccatum sic committendo contra legem secundum quod est peccati vel
Velle supra posuit peticiones tres contentas in versibus precedentibus
/ hic enim ostendit disposicionem suam ad impetrandum illas / scilicet
videlicet perfectam et devotam oracionem / que notatur in habundancia
lacrimarum. Et notandum quod hic propheta declaracionem istorum versuum sic quod
iusticia dei et suorum mandatorum strictitudo promovent prophe
tam ad habundanter plangendum / et quod istorum versuum curne hinc
quod unitas nominibus / dicat enim lacrimas sicut aquas / quas continue
sunt emisisse / et quare subdit quia iustus es / et mandasti
nimis sevam veritatem / et tua testimonia / ac iusticiam secundum custodie
quam quia non custodivi / et tamen iudicium rectum est / et iniustina
fuit. Ideo oculi mei contra aquarum deduxerunt. Et dicuntur iste
versus sic / Primo enim tangitur lacrimarum habundancia / sed larga ef
fusio / secundo huius effusionis racio / tercio huius versus per coclonis
introductione adducendum / quod propheta dicit aquarum [illegible]
notat se fuisse in eo illo luctu. Primo circa verbum quod
luget. Est autem secundum Joachim ablacionem luctus stimulus
amare omnibus ad hesionis afflixionis et affectionis in
dat et in visitacione cordis a sola tristicia infixus fide

Liquefacies et humilitas. Dicitur similiter quia sancta et letificante
tristicia et caritate divina pungit ad celestia sursum. Beati sunt
qui Christum diligunt et fideliter mandata eius perficiunt. Ex quo sequitur
quod luctus hic sit leticie adiuncta, quia est [illegible] in luctu et
consolationem latitat. Ex eo quod luctus est quoddam consolationis
seminarium. Unde Matthei 5: Beati qui lugent quoniam ipsi consolabuntur,
et in psalmo dicitur: qui seminant in lacrimis in exultatione me-
tent. Ubi Origenes: Sanctis seminatoribus lacrimarum in futuro erit
corona gaudiorum et exultationis. Dicitur quarto quod purpureus
luctus qui sic pungit caritate letificante et ad celestia pro-
vehit, quod inundatus est cum adhesione, affectione et affi-
xione. Sepe adheremus rebus transitoriis et turbulentis,
sepe afficimur curis corporalibus et domesticis, sepe affigimur
[illegible] voluptatibus et deliciis. Ab hiis omnibus pie inundatus
est, quomodo cera a facie ignis faciliter resolvitur, sic hec
omnia per luctum leniter possunt auferri. Ex quibus sequitur quod omnis
[illegible] huius fonte [illegible] lacrimarum, et omnis qui tem-
pore sentiunt vere luctus, hic [illegible] ponit Johannes
in scala sua gradu quinto de luctu sic quo dicit: Gloria,
comessationes, vinum, [illegible] et deliciarum usus et amor omnis
sensualitatis et carnalitatis, hiis [illegible] [illegible] lacrimas
[illegible] [illegible] [illegible] et [illegible] [illegible] principatus
amor honoris et desiderium laudis, nominis [illegible] et felicitatis
que in superbia extollunt et ab omni virtute radicitus evellunt
et deorsum ad inferna proiciunt, [illegible] que et [illegible] [illegible]
ubi [illegible] fuerint, ibi luctus [illegible] non [illegible]. Et ubi luctus fuerit, hii
penitus pellentur [illegible] ulterius, quod [illegible] luctus est cordi [illegible]
[illegible] [illegible] qui [illegible] [illegible] aut [illegible] [illegible]
alicuius, aut pro dilatione patrie celestis, sepe timore aut
dicit quod persecutionum sustinentia est hereditas quedam in qua omnes sunt in ea
hereditario debent introduci ad possidendum / Non enim magnum est dicit
Ambrosius contra [illegible] si adversis testimoniis non declinas / cum nullus persecutor 2
Verius in omnibus prosperis dum bona succedunt sit ingratus / Verius si dimissis
affluens urget salute robustus / gratiam non referat cum scriptum sit / Confi- 2
tebitur tibi cum benefeceris ei / Unde cum deus sancti Job vitam predicaret / dixit
Sathan ad eum / Numquid Job gratis colit deum / et multa allegat ibi
que ipsum Job prosperitate induit / Et adiecit / Sed tange omnia que possidet
nisi in facie benedixerit tibi / Ubi dicit Gregorius / Quasi vellet Sathan dicere
qui tot bona in terra recepit quid mirum si pro eis se innocentem gerit
Vir ille magnus deo quem inter omnes orientales suum opus tanta rerum
multiplicitas comitatur / sed vere innocens esset si inter adversa innocens
permaneret / et ergo extende manum tuam et quos / ea que sibi dedisti
subtrahe / nam si accepta perdidit respectum tue gratie non requiret / Sed
illa in quibus delectatur iam habebit / favorem tuum et maledicendus
contempnet / quod et in psalmo dicitur / Sed non fuerunt saturati et immutavit
Et Ambrosius dicit / Tunc Job magis probatus est quando amissis operibus et
et filiis a domino cultum et gratiam non recessit / Et quia Job in suis
tribulationibus passus multa testificatus est de deo / Sic contingit multis
electis / Testificatus enim quod est deum tribuere velle posse super omnibus quos

fuit domino / dominus dedit dominus abstulit / Testificatus est eo omnia que eveniunt ex
divine providencie subtili iudicio / Si bona suscepimus de manu domini / mala
autem quare non sustineamus / Testificatus ideo quod omnia que in istis in fidelibus eve-
niunt contingunt nisi voluntate dei / dominus sicut domino placuit ita factum
est / ubi manifeste confitetur quod diabolus non plus erga eum seviere potuit nisi
quantum sibi deus concessit / Et tamen dedit se ita pro prosperis sic
pro adversis gratiarum actionem dicens sit nomen domini benedictum / Possunt
ergo homines et in prosperis / et in adversis reddere deo testimonium / In prosperis
tunc quando prospera confitentur se adeo accepisse / Tunc quando ea nisi divina
voluntate tractant custodiunt et dispensant / in hoc enim testificantur
deum esse dominum et se esse suos / Tunc eciam in opere ostendunt quod
propter ista prospera nullo modo vellent offendere deum / Tunc quando bona
opera si que faciunt non faciunt ex affectione istorum temporalium / sed ex amore divino
Dicit sic quidam doctorum libro iiii moralium Sunt nonnulli qui reddunt famulatum
deo secundum eius dispensacione utuntur hoc seculo / In adversis autem et hoc magis
ad propositum / electi efficiuntur testes dei / quando per nulla temptamenta per nulla
adversa / per nullas persecutiones aut tribulaciones recedunt ab illa fide
ab illa spe / ab illa caritate / ab illa innocencia / quam adeo in baptismo re-
ceperunt Sic enim faciendo ostendunt deum esse suorum bonorum sic datorem
ita auctorem / Item si in deum et in christum credimus nisi illud / Creditis
in deum et in me credite / si in adversitatibus incredulitates id est cogitaciones
illorum que fidei sunt quia credere est cogitare cum assensu respuamus / sic
faciendo testificamur quod deo nichil est occultum quia sibi omne cor patet / et cui
eciam nullum latet cogitacionis secretum / Item et etiam si a divino cultu
non recedimus mente spiritu et corpore / tunc testificamur quod spiritus est deus / et
eum qui adorat in spiritu et veritate adorare oportet / Nam dicit Ambrosius
circa illam / Multi tempore persecucionis cultum dei tenuit in corde / quem exterius
ydola adorabat corpore / Sicut nunc multi deum adorant ore et corpore
qui tamen a divino cultu longe abscesserunt corde nisi prophetam populus hic labiis
me adorat honorat cor autem eorum longe est a me / Item cum persecutionem
patimur et in medio persecutorum serenitatem consciencie servamus / testificamur de deo
quod tempore specialem gratiam ad nostram constanciam respectum / quia ad hanc loquitur et in
hac venit / et hac mansionem facit / Unde non est opus deo ut aliquis ei testi-
monium perhibeat de homine / quia consciencia perhibet testimonium dicente capitulo ...
hec est testimonium consciencie nostre / Et addit tamen dicit Ambrosius circa illam
divina precepta que sunt divine voluntatis testimonia nostris cordibus a spiritu
sancto sunt inscripta / et allegat illud dedi leges meas in cordibus eorum
et in sensibus eorum scribam eas et peccatorum iniusticie eorum non recordabor / Et
subdit / Ecce deus reformavit nam dedit graciam / abstulit peccatorum me-
moriam / et dedit suorum eciam remissionem preceptorum / Quando ergo in persecu-
tionibus passi non aliud nisi divina precepta cogitamus / Cum omnibus spiritu-
alibus oracionibus intendimus / quod custodimus nam et elaboramus collatam
graciam / Cum in nullo spiritui admittimus sibi aliquo dyabolice illecebrum / quando
in anima nullam admittimus peccati memoriam / tunc testes dei efficimur / Et
vero que data sunt nobis custodimus elaboramus sic faciendo deo adheremus
et nec ab eo discedimus nec eum negamus et ergo confitemur et testifica-
mur / Secundo qua parte continuos eum delectatum sequitur quia tribulaciones persecutionum

Hic est qui

Dei electis sunt varie utili[ter] p[ro]p[ter] tercium hoc [quod] declaratur / Et declaratur
alio[mod]o sic / q[uia] p[ri]ma utilitas p[er]secucionum est cognicio peccatorum / dicit enim
Gregorius in sexto lib[r]o moralium / dum [innumeri] flagicia te fit ut culpam
subsequatur pena / ut flagella dolens delinquens aspiciat / quod mens
vicia securitas celabat / sed enim homo tangitur ut corrigatur / sic excitatur
/ ut statum in quo iacet consideret / Fit itaque ipsa aspiritas correctionis origo luminis
et allegando id apostoli ad Romanos quod arguuntur a lumine manifestantur / dicit sancti
gminis [?] sanitatis est vis doloris secundum Gregorium Et hanc cognicionem sequitur
alia cognicio / cognoscit enim quod deus pro illo peccato punit unde illud / Merito Gen. 42
hec patimur quia peccavimus / Et sequitur humiliacio / cognito enim quod deus iuste
punit / homo licet tribulatus licet angustiatus illi pene se voluntarie subicit
unde illud / humiliamini sub potenti manu dei / unde enim tribulatus erigit
et deponit cornua audacie et presumpcionis / humiliacionem sequitur ex-
ercitatio / de quanto enim homo humilior / de tanto ad deum erectior / sicut
dicit Gregorius / mala que nos premunt ad deum nos ire compellunt
Et non ire / sed eciam impellunt ad orandum pro auxilio obtinendo / Et
sequitur sublevacio / unde enim condaunt deus solet subvenire tribulatis
unde in psalmo / in tribulacione dilatasti me / Magnum signum est hoc ad
intorum quod deus constitutum tribulacionibus liberat / et liberatum deducit in
latitudine dilatacionis / ita quod ad dilatacionem usque ad persecutores potest extendere
Et quod amplius est tribulaciones in persecucionibus unde nobilitat hominem
pro tanto / quia facit ipsum dignum vita eterna / Aurum enim artifex quod
fine suo diminucione sustinet igne reputatur melius / et in thezaurum
reponitur / Sic homo quem tribulacio non consumpsit / sed purgavit illuminavit et
probavit reponi debet in thezaurum paradisi / unde Ysaie xlviii Coronabit
coronabit te tribulacione id est pro tribulacione / Et Job v dicitur Beatus homo
qui a domino corripitur / Ubi Gregorius / licet simul correpcione non potest dolor
et beatitudo / recte tamen beatus dicitur qui corripitur / quia per hoc quod peccatorum dolore ter-
reptos [?] premitur / quandoque ad beatitudinem inveniendum doloris emittitur / Iam
attendo ad literam / multum qui persecuti sunt me / multum quia non solum illi qui
videntur / sed eciam qui non videntur / Nec obstat si est unus persecutor quia
tamen unitate persecutoris stat persecutores multos / dicit sanctus Ambrosius Sicut unus
rex per multas civitates et provincias mittit varias cum persecutoribus per-
secutores / Sic dyabolus multos suos ministros dirigit qui non solum foris sed eciam
intus in animabus fiunt persecutores / Hinc est quod Paulus dicit se fuisse pas- [?]
sum foris pugnas et intus timores / Et tribulant me / Tot sunt tribula-
tores / tot sunt persecutores quod vix possunt cognosci / Et si multi sunt perse-
cutores et tribulatores / multo tamen plures sunt modi persecucionum et tribu-
lacionum / et propter hoc maxima est pluralitas multitudo / persequitur enim hominem
ut dicit sanctus Ambrosius avaricia / ambicio / luxuria / superbia / et fornicatio
Est namque quidam spiritus fornicacionis / et alius avaricie / alius superbie /
Graves sunt isti persecutores / quia sepe sine ictu gladii mentem hominis
occidunt / et ideo quia magis illecebris quam terroribus animas oppugnant si-
delium / Sunt tamen deo quia multi qui in persecucione publica coronati sunt
qui in occulta persecucione ceciderunt Et quot sunt qui a fide ceciderunt /
quot sunt qui in desperacionem inducti sunt / et quot habent delusiones / unus
homo nimis multum comedit / alius nimis multum abstinet / unus homo

nimis acat spalia / et alius differt ea / vng nimis multu loqur alius nis multu tacet / vnus est nimis benignus alius est nimis durus / vng plus debito / alius minus debito orat / vng nimis fouet corp9 / alius destruit / vng nimis vacat contemplationi / alius se nimis involuit temporalibus curis / Et dato q aliquis talia posset emare q ex psecutoribus et tribulationibus evenit / Sz quis mt omnia hec prvide se cavebit de hoc subdit / sed testimoniis tuis no declinaui qs / Non solum q no dimisi testioia tua tollit / sed nec ad tpus / ymo nec aliqu declinaui i. decessu inclinaui qs / Nec ad dexteram sz psecut ppt favore ut paton quondam psecutoribus acquireri / Nec ad sinistram adulstat ea impaciet sustinui ysa xxxx hec via domini ambulate mea z no declieti neqz ad sinistram neqz ad dexteram / Non declinaui inqz a testimoniis tuis ymo credidi eis / inquit enim ps / Testioma tua credibilia facta sut nimis / Sit quia meditabat de eis iuxta illud / Testioma tua meditatio mea e / Itē delectabor in eis iuxta illud / In via testior tuor delectatus sum sic i omnibus diuitiis / Itē loquebar de eis iuxta illud / loquebar de testimoniis tuis i conspectu regum et no confundebar / ymo ea implebat i opib iuxta illud / Conuti pedes meos i testioma tua / Alia enim fuac ul de graue i psecution / Et ambros multa ponit gla i quibus efficitur testis dei i psecution / dicit enim sic / Temptatus es spu fornicationis / sed veritus futur dei iudiciu no putasti temerada e mētis et corporis castitē / testis es / Temptatus es spu avaritie ut fug passos invaderes / ut vidue indefense iura temerares / et tu gmo passoz preceptoz magis voluisti opem ferre qua i iniuria erogac / testis es / Temptatus e enim humiliem et pauperem insultare / Temptatus es spu superbie / sz vides miseros et pauperem pia mente compassus es / et magis humilitate q erogancia dilexisti / testis es / et no solum / sz magis testiomiu prebuisti / Omnis locupletior testis est qui confitendo opis testiomiu vemisse d terrie celi pcepta custodit / Veru qui audit et non facit / et si vo fatet opribus facto bs negat / Ille aut testis est qui a stipulationibus ftis dni i opu precepta testatur / Dicerunt

i. declinatos a testimonii tuis.

Uidi prevaricantes et tabescebam q eloqa tua no custo

Et continuat se ad pcedente versiculum / Supius posta dixit de multis psecutoribus et ptribulantibus / hic iā loquitur de multiplice pertatu / quia que psecutio / quevis tribulatio illata iustis ab iniquis pctm est / et pter h quod mali bonos psequuntur pccant amplius / Et primo inhor q psequendo pe secutionem fugiunt / dicit greg9 q pctores sic magna mala sic flagella et psecutiones pmerentur / Scdo inhor quia i illis quibus psequuntur co movet eor culpas expetens inctande putates q deo displicent / qui aduersa patiuntur / Vel supius ondit se i multis tribulationibus a dimis testioniis no discessisse / hic iā sibi psecutoribus comparatur / q comunes do psecutiones no custodiunt testionia / ymo prevaricabant ea / Et sic ego cum se psequentes / alii psecutores patientes / Vel supius ad obtinendam liberationem sui allegauit equitate iustice dine / hic iā allegat pse illud zelum que hunt cont malos / vides enim eas pvaricationes tabescebat / Et dicit vera quia primo tangit sui

aspectu consideratione vidi premutantes / Sedo sui affectus afflatione / tabescebat
tua pomi afflationis tenui / eloquia tua non [illegible] / Circa declarationem
istius versiculi quod tabescere / prout ex [illegible] dictum est / multipliciter dicitur / Uno
modo idem est quod computrescere / sive desicere in corporationibus / usque ad destructionem
mortis / Et hoc genere est ita bonis sicut malis / Dicitur enim [illegible] ergo
consumentur carnes et coquetur universa compositio / Et ossa tabescent / Et
Zacharie dicitur in canonica iiij capitulo / hec erit plaga magna / qua percutiet dominus
omnes gentes / Et sequitur tabescet caro unius cuiusque stantis super pedes suos
oculi tabescent in foraminibus suis / et lingua eorum contabescet in ore eorum
quod dicitur tabescere non est ad propositum / Est autem tabescere propter ma-
lorum / et aliud non est / nisi desiccatio quedam desideriorum / [illegible] pretereundo
hoc desideratur ad aliud / vult enim et non vult piger Dicitur Sapiencie / Et desicere
de ab uno desiderio in aliud lassatur / etiam usque ad destructionem corporis / Dicit
Ambrosius circa textum hic / tabescit vitiosus propter indebitos amores / Et
loquitur de luxurioso / Unde subdit distillat amor dilectum / hoc est ex uno ex
desiderio fluit in aliud / et pretendit flagrantis seu ardentis desiderii affectus
loco / et quod tabescere i. destrue actum minuitur / Alius stupescit pe-
cunia / et donec ponatur ei in sacco tabescit affectu / Et inde est quod
dicitur Sapiencie / Nichil scelestius quam amare pecuniam / Alius in modum
te appetendo honores si differuntur / desideria longa extenduntur quibus
suspirat nec medocriter mens tabescit / Hec Ambrosius / de hac
enim tabescentione nichil ad propositum / Sed est alia tabescentio iustorum
iustorum / qui per desiderio patrie celestis se ipsos affligunt usque ad destructionem
corporis / Unde dicebat apostolus Ego curro non quasi in incertum sed castigo corpus
meum et ad servitutem redigo / Circa per maceraciones per vigilias / per labores
stimulos per decantatione amarum laudum / caro iusti deducitur ad destructionem
Unde in psalmo dicitur Tabescere fecisti sicut araneam animam meam i. qualem
vitam / Sed nec de hac ad propositum / quod tabescere prout iustis convenit idem
est quod mirari et obstupescere / et convenit in admissibilite devene
nomine capitulo tractatur intantum [illegible] visione secretorum dei inhabitatur
et obstupescebat / adeo quod etiam fuit oblitus corporis sui / Si in corpore sive
extra corpus nescio deus scit / Et ita fuit propria propter que iusti ita mi-
rantur et ita obstupescunt / Solent enim iusti contemplari de hoc primo quod
in tribulationibus quas sustinent / eorum statuis et prius madicta / Unde
Ieremias Trenorum iij dicit Memor esto paupertatis mee absinthii et fellis
Et sequitur memoria memor ero et tabescet in me anima mea ubi quod
postillator dicitur quod miratur iustus et quodammodo obstupescit de illis / Secundo rogatis
de illis divinis assistentiis / de illis variis perfectibus quos Deus sensit in tri-
bulationibus adesse / Sequitur primo dicitur Job quod caro tabescit caro illius
et ossa eius nudabuntur / super quo Gregorius in moralibus dicit / Quid
hic nomine carnis nisi delectatio carnis accipitur / Quid ossa nisi virtu-
tes animi designantur / Tabescit ergo caro ut ossa nudentur / quia dum flo-
rentibus vigentibus delectatio carnis extenuatur / ea que sub carne dum la-
tuerat virtutum fortia patescunt / Nemo enim cultum proficit nisi in adiutu

cognoscit / quod enim assumit prospera virtutum non pertinet tamen donatorum / hec greg.
Et satis est hoc mirabile, quia in hoc videtur unum contrarium ex alio procedere
quod est contra naturam / quia lex et natura contrariorum est / ut quando approximatio est
sit eorum ad materiam / illud quod habet dominium destruit aliud / quod
autem ita sit patet greg. ibidem, quod deus nostram ex occultis modis adversitate se-
dantur / quidquid in nobis latebat detegit et virtutis auget / Quod hoc quod
deiectione erigit / animam roborat / confusione honorificat / tristitia que
solet absorbere letificat / Sicut vadit de uno contrario in aliud / et ita
exemit apostolus / qui flagellis cesi / et ita crudelitati et derisioni gaudebant
euntes a conspectu concilii / quoniam digni habiti sunt contumeliam pati pro nomine
Jesu / Etenim sic temptavit eos deus et invenit eos dignos se / Cumque adhuc
non minor erat consideratio persecutionum / que iustis inferuntur alia admiratio
Valde enim iusti mirantur quando considerant se liberandos esse / sicut iam liberati
liberati sunt ab omnibus his ex quibus eis periculum oriebatur / Et que sunt
illa auctor dicit / Scandala tribulationis / mundi persecutiones / omnium paga-
norum / dolos omnium hereticorum / suggestiones demonum / conflictationes omnium
cupiditatum / de quibus dicit idem in canonica Joh. Omne quod est in mundo aut est
concupiscentia carnis / aut concupiscentia oculorum aut superbia vite / Et apponit ad hec
homini in periculorum blanditias et errores / quidquid enim per vim sit dicit iusto Quia
sic vivis / forte aliter deo servire non potes / nullus est qui sic vivet ut
tu / Et si aliquis inventus sunt dicens / ille potuit, tu non potes aggredere
rem difficilem et nimis est ut deseras / Melius erat non incepisse quam ab
incepto resilire / Et si perseveraverit lingua illa qua erat blandiens cum se-
ruens / et que blandiebatur ut seduceret incipiet minari ut interficeret / Et de
hoc dicit / Omnia hec evenerunt in tribus / Fuerunt enim in magnis discriminibus
positi sunt / ut animo absorberentur / gravissimas mortes pertulerunt et per mag-
na magne periculorum vix erat credibile quod potuissent evasisse / Postquam autem
mortui sunt / et secum pervenisset ad palmas martyrum / ecce quid dicunt audi
Nisi quia dominus erat in nobis / dicat nunc israel / nisi quia dominus erat in nobis
Et sequitur cum exurgerent homines in nos, forte vivos deglutissent nos
Cum irasceretur furor eorum in nos / forsitan aqua absorbuisset nos / Ubi dicit
Sed iam in securitate constituti consideraverunt unde venerunt / et quo pervenerunt
et viderunt quod difficile erat eos liberari ex illis in quibus fuerunt / nisi adesset
esset magnus liberans / ideo hec est vox gratulationis ipsorum et gaudio incompa-
rabilem / Dixerunt nisi dominus erat in nobis quod in hominibus qui non potuit
opprimi nec hoc erat purum sed deus / quod eos roborat / qui bellum gessit et
victoriam effecit / Hec dicit Augustinus Ex quibus patet quod valde mirabilis est depulsio
istorum liberatio / quia sit solius dei virtute in eis manet / Et vere
deus dicit esse mirabilis in sanctis suis / iustus in omnibus operibus suis / Et
in persona bonorum dicit anima nostra sicut passer erepta est de laqueo ve-
nantium / laqueus contritus est et nos liberati sumus / Ubi dicit quia
deus in anima erat ideo eruta est / Unde sequitur adiutorium nostrum in nomine
domini qui fecit celum et terram Et dicit ne putes viribus tuis hec pos-
se / attende cuius est hic facere / quia illius qui fecit celum et terram / Sed de
ista tribulatione nostra ad propositum inveniuntur ergo adhuc tria alia

ppter quam elatam dei amittit et obstupescit et qui in se deficiunt. Hec vero
quod homines pessimi optimos vale pseruit. Hoc est enim unum de mag-
nis mirabilibus que possunt videri quod iniqui presumunt bonos offendere et illi
qui digni sunt omni supplicio audent aliis malum inferre. Unde postquam
Cayn occidit Abel, dixit deus ad Cayn: Quid fecisti quod mirabile
malum innocente. Deo amabilem et germanum fratrem ita dolose et simu-
lanter occidere nulla culpa exigente. Unde Apoc. xvii° vidit enim
Johannes mulierem sedentem super bestiam coccineam plenam nominibus blasphe-
mie que habebat capita septem et cornua decem, ornata erat auro purpura
et lapide precioso et habebat in manu vas plenum abhominacionum formatoris
et erat ebria sanguine martirum Jhesu. Hugo doctor exponens hoc dicit persecutores
istorum nomine mulieris significari propter hoc quia sunt molles
et effeminati et inepti. Unde quia ex se nil possunt sedet super bestiam
coccineam i. innititur crudelibus principibus et sevissimis qui sunt pleni blas-
phemiis ita dei sicut et servorum suorum. Et dicitur habere capita
septem quia omnes capitaneos habent ipse habent cornua decem quia multa
tenent officia, multas dignitates, multas prebendas. Ex quibus reddunt se
tormenti et impetuosi. In preciosa veste induuntur quia superbi sunt. Illi de
auro habundant et lapidibus preciosis quia immensis sunt divites. Plenum habent
vas formatoris quia luxuria et immundicia corporali quasi resoluti sunt. Sunt
tamen ebrii sanguine martirum Jhesu quia habundant persecucionibus istorum. In
rebus enim eos persecuntur, corpora quibus diripuerunt, in vita quam auferunt
et in fama quam extinguerunt quicquid est in eis. Et quia minima est per-
secucio quando diripuit ideo obmissa ista persecucione loquitur de
de duabus aliis. Effuderunt sanguinem sicut aquam in circuitu Jerusalem et
non erat qui sepeliret. Et ecce civitas cadavera iniqui illis inferunt quibus
tamen mundus non est dignus. Ex quibus sequitur quod magna est vanitas in perse-
cutoribus istorum patet ex declaratione istius visionis Johannis in Apok.
Omnia enim hec ut bestia capita cornua et ipsorum induit vanitatem
ipse enim nichil possent si talia adminicula non haberent. Et ergo et hec
in dei mirabilibus computandum est. Certa si quid est in mundi corporibus vilius
certa est in mundo fallacitas tanta est in hostibus istorum vanitas. Ecce
hodie florent et cras deficiunt, hodie tollunt istos de medio et cras
non veniunt eorum locum. Unde in psalmo dicitur Vidi impium exaltatum et eleva-
tum sicut cedros Libani, transivi et non erat, quesivi eum et non est inventus
locus eius. Sed nec de ista habefactione est appositum. Est ad hunc alia
habefactio electorum que contingit hinc quando divinas inspiraciones sen-
tiunt seu animarum inflammaciones. Quo enim ut dicitur Sap. xvi. mana ab
exiguo radio solis calefactum liquescit, quomodo nix de facili resolvitur,
quomodo nubes condensate in pluvia resolvuntur et quomodo cristallus qui est du-
rissimus et pulcherrimus faciliter liquescit. Sic predestinati licet aliquando frigescunt
ut nix et habent nubilositatem et obumbracionem qui sepe nesciunt quid eos
oporteat facere. Et quo sunt pulcri sicut cristallus propter hoc quia habent
regimen, habent preciosas sicut divinas mentes, duri tamen sunt quod in corrigibiles

pateant vere vestigia excrescunt secundum virtutem preceditur et propter precipitem

et blasphemi / qualis fuit scriptus saulus quam cito accedit radius solis
iustie / scilicet gratia illuminans et inflamans / statim ut nives solvuntur / velut nu-
bes dissipantur / et ut cristallus liquefiunt / Unde psalmus / postquam nominavit nives
nubes / et cristallum / statim intulit / emittit verbum suum / et fluent aque /
Tercio enim dicit Innocentius / Nubes quamvis dense sunt / tamen in plumas
resolvuntur / Sic etiam peccator sepe resolvitur in lacrimas / Unde petrus egressus
flevit amare / et magdalena tantas effudit lacrimas / quod etiam lavit pe-
des christi / Et david de se dicit / Exitus aquarum deduxerunt oculi

Ap^l 2a

mei / Et alibi dicit / factum est cor meum tamquam cera liquescens in medio
ventris mei / Ex quo sequitur / licet hoc sit satis naturale / miraculosum tamen vi-
detur esse / cum corda hominum in devotionem resolvuntur / valde erat mirabile
quod paulus durissimus et blasphemus comminans voce domini ad christum fuit emol-
litus / quod exhibuit se ad omnem dei voluntatem dicens / Domine quid
me vis facere / Secundam autem resolutionem dicitur in Canticorum v / Anima
mea liquefacta est ut dilectus locutus est / de qua super sedeo / quia ea
non est ad propositum / Est ergo tabefactio iustorum compassio / Sed ut
est dux / quedam radix ex ima / quam enim rosa quam ponitur in fixo
primo resolvitur in fumum et postea distillat aquam refrigerativam / et
meditationales / Sic homines per ardore alienarum miseriarum / primo re-
solvuntur in compassionem / deinde procedunt ad refrigeria / si quis eorum
loquitur tunc quasi sermones dei / si quis preest in sollicitudine / si quis miseretur
in hilaritate / et sicut multi qui laboraverunt in miserationibus / usque
eis secundum desideret / alii in predicationibus / alii in correctionibus / Et alii vi-
dentes miserias peccantium / etiam se dederunt ad mortem / ut eos vel tantum
possent
sit ab eis liberare / Secundo hic loquendum est de illa tabefactione quam iusti
contrahunt inspiciendo peccatores / ex divino amore / videntes enim
qui sunt amatores dei / quam etiam seipsos diligunt et proximos / quod iniqui
homines deum inhonorant / et proximis iniuriantur / et fere totaliter de se
male provident / valde dolent et tristantur / ita quod sepe prenimio do-
lore seipsos consumunt et destruunt / et de isto propheta loquitur / quod dicit
Vidi / Augustinus / Non solum tribulatus fui quo ad me / sed etiam propter eos quia
di / scilicet maxime non meditando et suspitionem praticantes in pactum vel fe-
ut permissionem vel obligationem / vel concordiam sive conventionem / sive
totem transgredientes / scilicet actuari / et deputa ut scilicet non meditare pre-
quia potuerunt esse deleta / Alii libri habent loco praticatores
prevaricantes / Et tabescebam scilicet dolendo de tua inhonoratione / et de
eorum periculis / Dicit enim Ambrosius / multo dolendum tabescit vir pacificus
et domini / dum videt inhonorare perversum male domini / et viam dei per
demum
sic insignitam / ita vilificari / Multi autem sunt tam peccatores / de quibus
iusti dolorem magnum patiuntur / et ita tabescunt / Et primum est e-

ut fuit in hoc mundo / magna prosperitas / quam describit Job valde la-
te xxi / et in fine ista verba subdit Tenent tympanum et cytharam et
gaudent ad sonitum organi / et in puncto ad inferna descendunt / ubi gregorius
omnia prospere eis facta fuerunt / subita morte rapiuntur / ut nec eis fere liceat
ante mortem / quod hiis qui peccaverunt Et innocentiis datur / quod prosperitas pecca-
toribus datur in laqueum et deceptionem / id est iugum et onus Unde dominus
videns civitatem illud in omnibus habundantem / et futurum pacem / in desi-
deriis suis flevit super illam dicens Si cognovisses et tu / nam in
hac die tua que ad pacem tibi / nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis Luce 19
Omnia enim que ex prosperitate veniunt peccatoribus abscondita sunt Et primum
est in hac vita securitas / Domus enim eorum pacata sunt / et clamor non est
in plateis eorum / quia nullus est qui corrigat / nullus qui increpat / nullus
qui dicat hec sic facis / Ex hac securitate oritur inadvertencia omnium bo-
norum spiritualium / Dicit gregorius Quorum mens diffusa est in temporalibus quanto
ipsa spiritualia parvipendunt Et accidit quod nec veniunt ad cognicionem dei
nec ad cognicionem sui / Dicit enim gregorius quia in rebus corporalibus occupati
sunt / neque ad semetipsos redeunt / nec deum qui invisibilis est cogitare
sufficiunt / quia more pecorum corporales vivunt / Et ex hoc sequitur contemptus
domini futuri / Unde Job xxi Quis est omnipotens ut serviamus ei / ubi
gregorius / quia omnia que faciunt ad finem celorum pertendunt / et quia deum
celos terris non possunt tendere / ideo ei obsequia prebere despiciunt / Et adhuc
gregorius dicit / considerant peccatores quod hiis qui deo serviunt temporalia desunt
et quia sola temporalia querunt / ideo deo servire contempnunt / Unde
nec orant deum / nec laudant eum / nec gratias referunt / Et ex hiis accidit
quod omnem scienciam viarum dei abiciunt / Unde dicunt deo Job xxi
Recede a nobis / scienciam viarum tuarum nolumus / ubi gregorius Dicunt hoc
iusti non verbis / sed moribus / qui enim illa agunt / que deus prohibet / quid
aliud faciunt / quam sibi aditum contra omnipotentem claudunt / Sic qui ex-
cepta cogitat / eum ad se mittere festinat Ex hiis oritur / quod [illegible]
considerant de hiis que faciunt male et patiuntur quod oculos quos culpa
clauserat pena aperiat / valde ergo dolendum est de peccatoribus / Nam et si
in penis veniat ad aliquam prudentiam / tamen secundum illam agere non
potuit / quia tempus in quo eam sapienciam potuerat agere transivit / Dicit
gregorius peccator prudens erit in pena qui stultus fuerat in culpa / quia
dolore constrictus oculos ad cor aperit / quos voluptati deditum
clausit / et pena exigente / et pena torquente exigitur ut sapiat
quod hic exterente superbia despiciebat / Sed finaliter condolendum est
illis / quia non curat illas penas quibus ne peccaret a deo castigatus
ponit Job xxi quo deus aliquos punit / aliquos percutit / In domo
aliquos in filiis / et aliquos in vita / quia aufert eis dimidium temporis

Omnia tympana eius dilapsa sunt et in domo in magistratu torlicati sunt substancia

paratam

Iuxta illud Viri sanguinum et dolosi non dimidiabunt dies suos / Dicit
gregorius ibidem / peccator nullam percussionem timet dum quod cogitavit compleat
et quousque vivit suas non desistit perficere voluptates / Optime ergo dicit
propheta / vidi prevaricantes et tabescebam i. pre dolore deficiebam
et vere condolendum est eis / pro quo se ita gerunt contra deum / Deus enim
eos humiliat et penis frangit eorum duritiam / ipsi tamen contra deum obdurant
sua deliberatione / et nec formidant penam pro culpa / nec subiugo conditoris
mentis cervice volunt inclinare. Christus ita deducitur ponitur confusio federum

[illegible]

Disruptio omnium quibus homines ligantur sive cum deo / sive cum proximo / sive
ad invicem. Procul dubio non potest sine tabescentia electorum / Ista conclusio
satis patet ex eo de qua dicitur ut melius possit intelligi / advertendum / quod quando
homines qui sunt inimici / et hoc invicem contrarii / quando conveniunt et concor-
dant / tunc fuit pacta inter eos et federa / unus enim alteri facit promis-
siones et mutuo se obligant / Et ita efficiuntur amici. Et omnes conclusiones

matrimonium

que inter eos sunt per matrimonia dicitur ita federa / Et quando fuit tempore fe-
dera pacta / tunc manus ad manum extendebantur / et manus manui applicantur / et
hoc confederatio dicitur debet. Cum primo Ieremie xxxiiii de dampnis dicit
cum confederatione et sepe occidebatur vitulus et dividebatur in duas partes / sic
sectus. Et ille qui pacta contrahebant ducebantur per medium illarum partium in signum
quod qui non tenet federa quod sicut debet sanguis effundi / quod sicut debet occidi
et dimembrari / Contra Ieremie primo de percutiam federis in vitulis / Et
quicumque aqua effundebatur super terram / ad signum standum quod sicut aqua intrat terram
et terra aquam suscipit / quod ita illi discordantes debent esse concordes amore
uniti / sic quod unus esset in corde alterius. Unde primo Regum vii dicitur Con-
venerunt in Mesphat hauserunt aquam et effuderunt in conspectu domini.
Modo inter deum et homines erat inimicitia ubi dicitur ad faciendam
concordiam / Deus filium suum humanam naturam sibi desponsavit in signum
concordie et ipse fecit se de genere nostro / et ita fecit nos esse de genere suo / et illud
Et hoc adhuc fuit ut genus humanum confederaret cum deo / et illum
reconciliaret / sic quod amor quem filius dei invenit in istis nuptiis / et ille
permissiones que intervenerunt remanent in perpetuum / et nunquam debent dissolvi
Unde propter deus pater dicit ad genus humanum illud Genesis xvii Ponam pactum meum
et erit signum inter me et te / Verbum dei patris filius
natus in nubibus celi / et erit signum inter me et terram / ad hoc ut inter deum / et
est que posuit in nubibus i. in matre virginis / ad hoc ut inter deum et
homines amicitias reparet. Intervenit autem dicta concordia sanguinis ef-
fusio / manuum extensio / et aque simul cum sanguine de latere effusio
in terra / Sic enim dei filius reparavit nam / Sic pro omnibus offensionibus
quas homines in creaturis transgrediendo leges fecit recompensam hic dedit
homines ad servandum legem patris data / tamen adiecit multa pro fa-
ciendo reconciliando non enim venit solvere legem / sed adimplere. In hoc
etiam fecit confederationem inter homines ad invicem / quia ex omnibus
effecit unum corpus / cuius se caput constituit / ad hoc ut sic ipse et nos
efficiamur unum corpus cum Christo / et inter se unum essemus / Tho motive
unum sunt / quod etiam nos cum Christo et inter se unum essemus / Et ideo
quod disruptio seu violatio istorum omnium que in hac concordia per principium
dicit factus / electis non potest esse sine pena / Sequitur de hoc ulterius
lente iusti / Deus pater dicit dare quod promisit / quod verax est

ex parte dei omnia pacta non sunt violata / ymo nec violabilia / quia
deus est immutabilis et ymo nec sunt similia quia ex parte dei stant per-
petue / Vt enim deut. vij^o deus fortis et fidelis custodiens pactum et mi-
sericordiam diligentibus se / homines autem mali omnes suas promissiones vio-
lant / iuxta illud ps. lx. Computrescunt vincla / transgressi sunt iura / dissipauit
fedus sempiternum / Isa. xxiiij. Mala vincula cum legi vel mors cum lege unde federa

violauerunt / mihi pressimus qui ... (struck through)

Quantus dolor ingerit cordi dei quando videt peccatores treugas pacis
malis remanet in tantum et mittit dei minas ipse / et facit se inquam
nobis dominus promissionibus / et tamen hoc deuenit finaliter in vindictam / si
enim homines non custodiunt sua promissa / nec deus dabit quod promisit
ymo vindictam concedit / Vt enim Jere. xj. Irritum fecerunt domus
israel et domus iuda pactum meum / quod obtinui inducam super eos mala de
qua confusio sit deducta fecerunt / hec ille / hoc quod est omnia illa quod ex
parte dei sonat circa vnitatem et concordiam / peccatores violant / faciunt

Primo

eos in dolore stupidos et corpore insensibiles / Primo ex parte dei est
thabernaculum federis / de quo Num. viij^o et significat ecclesiam in qua est vnitas
pax concordia vnanimitas et caritas / Secundo ex parte dei est volumen
siue liber federis domini / de quo Exodi xxiiij. Assumens moyses
volumen federis domini legit cunctis omni populo / et significat sacram scripturam
quod continet omnes leges naturalem scriptam et euangelicam / et omnium legum preceptores
in qua sunt omnia quod ad fidem pertinet / omnia que ad spem pertinet / omnia
quod pertinet ad caritatem / ibi omnia legum precepta / ibi consilia et consilia
Tertio ex parte dei sunt vasa federis domini de quo Deut. xxix^o
hec sunt verba federis quod precepit dominus moysi / et significant omnia mandata
in quorum impletionem omnium debet esse concors voluntas / Est etiam sanguis
federis de quo Exodi xxiiij. hic est sanguis federis domini / et
significat Christi passionem / quam debent omnes imitari / Est etiam archa federis
domini / quod exprimit personam Christi / ut supra dictum est / cuius gusturum omnes
debemus induere / iuxta illud Induimini dominum Ihesum Christum / Est etiam tectum

ad ro. xiij

federis domini / de quo Num. xiiij. Apparuit gloria domini in tecto federis
et significat celestem patriam / ad quam debent anhelare mentes omnium mentes
Licet ergo deus multis modis faciat nobiscum diuitias / et multa pac-
ta iecit inter nos / et se ipsum / omnia tamen ista violant peccatores / Nam
scindunt ecclesie vnitatem / despiciunt sacre scripture veritatem / per suas tra-
diciones / omnia transgrediuntur mandata ... est per vitam deliciosam
irridet passionis austeritatem vite sue / abhominantur de peccato corporis
corruentes / Nec aliquid sufficiat illius pacis eorum mentes sed contingit
esse omnia quod sunt caritatis irrita sunt apud eos / Ex quibus sequitur
quod prauitatores / nec cum deo / nec cum proximo / nec cum proximis tenent aliquam
vnitatem / vnde s. Thomas tractando illud / Recordaberis pacti mei
quod posui inter te et me / inter amicos ita confederatos / debet esse vnitas
et quedam equalitas / ita enim tenetur vnus sicut alius / quia quantum ad
federis caritatem pertinet / ita censetur esse quedam equalitas / Tamen enim
in pacto est vnitas caritatis nulla consideratur in maioritate dignitatis
hec ille / Cum ergo inter nos / et deum / inter nos et proximum / inter homines
et homines secundum deum est caritas / vnitas debet esse et equalitas / quasi dei

ad aliqua se obligat / sic et homines obligaverunt se deo ad aliqua
sicut collingendo in unum promisit aliqua / sic hii qui sunt ex mendicantibus
obligaverunt se ad aliqua pactis federa / et tamen omnia illa ad que
se homines obligaverunt deo christo et proximis / recipiunt violationem ut
iam declaratum est / Et videmus tamen quod inter homines quorum unus
debet diligere alium sicut se ipsum / nulla est unitas / sed et inter illos
qui sunt eiusdem generis / eiusdem operis / eiusdem regionis / eiusdem religionis / eiusdem
civitatis / eiusdem patrie / sunt dissensiones gwarre / lites invidie et
contrarie / ita quod iam valde pauci sunt / qui simul possent pacifice conma-
nere / Et tales homines amplius vocat insipientes incompositos absque
affectione absque federe sine misericordia / Ideo quibus omnibus patet / quam notum est
hominum malorum libertatis / valde nos quod homines vago modo vivunt et
nullam habent pestem vel vite restrictionem / Hoc cottidie patet experientia dicti / et ideo
hoc quia peccatores amissa innocentia ut gregorius dicit visio dei iudicii
et timore et humilitate simul dimittunt / et accepta pecti audacia / qui
adhuc amoris iugo excussi / quicquid voluptas suggerit / hoc libere imple-
re contendunt / Nulli iugo discipline volunt colla subicere / et ideo manet
sic indomiti / incorrecti et modesti / Istis quicquid libet facere licet quod non
solum regno celesti / sed et terrestri nocivum est / Dicitur enim hester iii° nec op-
time nosti quod non expedit regno / quod aliquis insolescat per licentiam / Et augustinus
dicit in epistola ad politianum cum licentia iniquitatis eripitur utiliter vinci-
tur quia nichil est infelicius felicitate peccantium / qua penalis nutritur impunitas / et
mala voluntas que est hostis interior roboratur / Nec valet contra hoc id
argumentum / quare et bruta animalia libertatem habent ire / quo volunt quiescere
ad lassantur / et nullo alio / ut gregorius dicit / nisi sue nature diriguntur instinctu
ergo et homines qui sunt liberiores ista libertate non debent privari / Dicit
gregorius super illo Job xi qui pullum onagri se liberum natum putat / licet
homo nobilior est quam bestie agri / habeat tamen libertatem cum cautela
multa enim licet animalibus que non licent hominibus / et dat rationem dicens / alia
enim ad aliud non servantur ad vitam futuram / Ideo necesse est ut in cunctis suis
motibus irrestrictis subdantur disciplinis et legibus vivant / Ad hoc ergo prophetia
aspiciens dicit vidi prevaricantes / tales recedentes habent non servantes pactum
quod apud deum patres ceperunt / Et pactum aliud non est / nisi inter dissidentes
affectum habere diffinita conventio / Cum utrique legibus aliqua / et nova convenie-
re pactum dei / sive testamentum / quia statuitur ad hoc / ut homo deo parere et
gratiam dei reciperet / Vel pactum vetus inter deum et dominum nostrum / inter deum
et homines erat / quia deus promiserat eis dare terram fluentem lacte et melle
Iudei autem promiserunt dicentes / in baptismo est abrenunciatio sathane / pactum
vero dei est vita eterna / Et quo deus non servantibus iussa terram promissionis
non reddidit / sic etiam nobis non servantibus pacta baptismi / et singulis
aliis sacramenti / deus non dabit quod promisit / De hiis ergo iusti do-
lent / unde dicit vidi prevaricantes et tabescebam dolendo de inhono-
ratione dei / de periculo inhonoratum et de dampnatione eorum / valde enim
iratum dei / de periculo inhonoratum / ut iniurias dei / quicquid dolor ut / ideo
dolorosum est / quia qui flere non possunt iniurias dei / quicquid dolor ut / ideo
gregorius dicit / quando iusti vident peccatorem respondere / gratiam abolere / de eius
iurgia seminare / et similiter reddere de gratia / hoc est enim spernere illam

---

Ergo corpora mea subdit disciplina / nec [illegible] / hec autem servat

Deus homines misceit nobis dum fuerimus hic pactum in baptismo

clamat patrem / De qua in Exodo / patrem meum dico vobis / patrem meum re. no.
hoc est dyabolum deo preferre / hoc est deum dyabolo tradere / hoc est dyabolum
ipsum dei de sua possessione spoliare / hoc est intentionem dei de
salute omnium impedire / hoc est diuina mandata non solum negligere
non solum fastidire / sed etiam contempnere / De quo subdit quia elo-
quia tua non custodierunt / i. custodire contempserunt / Dicuntur autem elo-
quia dei ipsius precepta / quia non solum in cordibus / non solum in tabulis
descripta sunt / sed etiam tradita sunt vocaliter / Et ita sunt vtilia / ita
consolatoria / ita dulcia / quod eorum transgressio iuste est in omnibus dolorosa...

Vide quoniam mandata tua dilexi in mise-ricordia tua viuifica me. Et continuatur

ad precedentia sic / Supra propheta ostendit se fuisse molestum propter hoc /
quia peruersi omnia diuina precepta preuaricabantur / hic autem manifestat vnde
enim eam tam dilexisset / non curasset / an ea aliqui tenerent vel transgrederentur
Item supra pro vbertatione sui allegauit zelum / que habuit erga malos
hic autem allegat illum / que habuit erga deum / ymo etiam erga diuina
quia valde zelabat diuina mandata / Et secundum continuatur sic supra propheta
ostendit quod peruersi diuina mandata non custodierunt / ideo quod eam in tribu-
lationibus negauerunt / hic autem separat se ab eis / ita quod nec mors nec
gladius nec aliquid aliud / potuit eum separare a diuinis mandatis
quod alibi dicunt dicentes / posuisti nos obprobrium vicinis in subsanna-
tionem et irrisionem / sic quod estimati sumus sicut oues occisionis
et tamen non inique egimus in testamento tuo / neque retro recessit cor
nostrum / Et diuiditur / Circa sic quia primo ostendit suum affectum circa diuina
mandata / 2o ex eius certitudine / mandata tua dilexi / et 2o infert
petitionem in misericordia tua viuifica me / Circa primum quod simpliciter vita habuit
[illegible] ponit triplex vitam scilicet adulterium / et mortem / De quo dicit
de dd' que eum esset in morte periculo / et quando iam fuit quasi mortuus
in nullo alio spem habuit liberationis / nisi in solo deo / Erat enim quasi
mortuus quando a rege data erat super eum sua mors / Ira enim
regis nuntius est mortis / et de hoc [illegible] vbi
dicitur / Intellexit Jonathas quod diffinitum erat a patre suo ut david
moreretur / Agnouit ergo david certitudinem fidei / quod solus deus est vite
et mortis potestatem / vnde illud / videte quod ego sum solus deus
et non est alius preter me / ego occidam / et ego viuere faciam
percutiam et sanabo / et non est / qui de manu mea possit eruere / Et
alibi dominus mortificat / et viuificat deducit ad inferos et reducit
ad solum deum in oratione recurrit dicens secundum misericordiam tuam / non dicit secundum
iustitiam meam / quia nulla est / nec dicit secundum iustitiam tuam apud quam reus sum
mortis / ita pro adulterio bersabee sicut pro homicidio vrie / sed secundum
misericordiam tuam / que magna est et multiplex / ut ex superioribus patet viui.

De v[er]b[is] d[omi]ni 32

vrie

sita me a libera a mortis periculo sicut liberavit tres pueros in fornace
iectos ab ignis combustione et zuzannam a lapidatione ut habetur in danie-
le propheta et pro exaudicione istius petitionis allegat dicens quia man-
data tua dilexi. Unde petrus dicebat christo Tu scis quia amo
te et animam meam pono pro te. Sic iste dicit vide etc. si diceret vides
et scis quia [?] et pro consequens mandata tua dilexi. Ergo quare non
de aliis bonis sed de mandatorum dilectione facit allegationem ita pro
obtinenda dei benivolentia ad obtinendum quod petivit scilicet liberationem
de mortis periculo quare non dicit vide humilitatem meam ut magis
meam vel patientiam meam etc. sed id est in textu. Ideo est quia divina
mandata sunt de virtute duplicem primo retributionem sive concordan-
tiam. Unde mandata secunde tabule ordinant hominem in omnibus que sunt ad pro-
ximum et ita solet inter proximos pacem et amicitiam quare christus Johannis xiii
Mandatum novum do vobis ut diligatis invicem. Ubi enim mutua dilectio ibi
nulla discordia habet locum. Et dicit [illegible] terreris et in [illegible]
tenere dicit ysaias xlviii O utinam attendisses mandata mea facta fuisset
sicut flumen pax tua. Secunda virtus quam habent divina mandata est defen-
sionis sunt enim mandata sicut sepes [illegible] ad obstaculum cohibitionem
et ad conservationem possessorum [?] resignate [illegible] ut si volumus conservare
et ad conservationem. Et in proverbiis dicit Serva mandata tua et vives. conservabit
mandata conservabit te. Et in psalmo dicit [illegible] me quoniam mandata tua dilexi. propheta dicit Ego quo-
niam quoniam mandata tua etiam in captivitate feci quod esset aliquid
dilexi mandata tua etiam retributionem ut [illegible] oblivisceretur ire
mortem ideo aut ordinat retributionem sive defensionem. Et utroque modo
sive aut ad hoc conservationem sive liberabat ut in decretis pi-
deus [illegible] david a morte periculo exposuit de christo exponens sicut aliquando
regis [?] talis contra algore exposuit et quod plus est morte crimine-
batur immo in oratione pernoctabat et quod plus est cum esset in agonia
te multiplicabat orationes. Dicit enim evangelium Lucas [?] factus est in agonia
prolixius orabat et hoc unum est in angustia assumpta in qua maior est pre
et hoc unum est quod de christo illud perhibuit
Unde faciendo orationem loquitur ad patrem quod de ipso illud perhibuit
testimonium Hic est filius meus dilectus. Unde quoniam mandata tua
dilexi in hoc ut modo usque venat ostendebat se patrem suum di-
lexisse quia ita faciebat ut pater mandavit Luce [?] ut cognoscat
mundus quia diligo patrem sicut mandatum dedit mihi pater sic facio. man-
data ergo tua dilexi sed plus quam vitam meam quia propter hoc ex [illegible]
pater obedivit venit usque ad mortem crucis ut [illegible]
factus est obediens patri usque ad mortem crucis. Et ex alio propter hoc
factus est obediens patri usque ad sustinendum mo-
ratam esse quia propria voluntate [illegible] in illa oratione quam faciebat ter
renuit [?] probavit sic vite ut patet in illa oratione quam faciebat ter
rem faciem corpore in terra prostratus et cum sudore sanguineo dicens
Pater si possibile est transeat a me calix iste. Et subdit verumtamen non sicut
ego volo sed sicut tu. Capitulum ergo ut christo benivolentia formam
orationis [illegible] in una tua [illegible] me non propter [illegible] duplicem
Secundo ut christus hoc petat in propria persona videlicet omnibus mandatis
dilectionis omnibus obediens et suam vitam proprie voluntati subiciens vitam
sibi meliorem mereatur quod et factum est quia cum christus passus

et sepultus est / tamen non dedit deus pater sibi mortuo et sepulto videre
corruptionem / resurrexit enim tercia die ad vitam perpetuam / Christus enim re-
surgens a mortuis iam non moritur / ymmo illa passione et illa morte
non solum meruit accelerationem resurrectionis / sed etiam sessionem ad dexteram
patris sui nominis dilatationem Unde apostolus innuit dicens phil. 2 c. obe-
diuit usque ad mortem crucis et exaltavit eum deus et dedit illi nomen
quod est super omne nomen / Tercio pt hoc expam ut te formet pe-
ctionem in persona ecclesie que est eius corpus misticum et ipse caput / quod vide
quo diligendo mandata tua fideles colligebam in unitate fidei / in
unitate spei / in unitate caritatis / in unitate tue legis / quo eos collectos
doctrina illuminavi predicavi / quo eos usque tempus mee sanctitatis vite induxi / quo
eos in hiis omnibus miracula faciendo confirmavi / vivifica me in ymma-
gina i. hos fideles reduc ad vitam pristinam propter eorum casum et propter ipsorum ope-
passionis mee et mortis fraudulosam dispersionem gratiam et reductionem eorum
ipsius in sua cruce obtinuit quod fecit apostolus xiii et per suam promeruit
passionem / vel sic intelligi / vide et vivifica me Unde enim Paulo
ecclesiam persequente dixit / Quid me persequeris / ita quod illam persecutionem sibi
ascripsit velut capiti in membris / caput enim tutelam certe sibi membris
ita quod dico vivifica me contra illam quam ipse sentit periit contra suis me-
mbris / ut puta ex vita beata quam ipse sentit in anima et meruit in corpore / in etiam
et in sua membra illa vita spiritualis et grossa et vivifica exequia passet
consequi contra eternam pervenit / quia ut dicit Albertus magnus sicut lux tracta-
tu 9 Unde faciam ut habeam vitam eternam / Et vita eterna non est aliud nisi
quedam actus qui instituit vita dominam animabus / Sapientia enim instituit vitam
filiis suis Eccli. iiij Et deut° iiij Dicit Vos qui adheretis deo vivitis omnes
necesse sic enim deus fons vite / non est deus mortuorum sed vivorum / Augustinus
orat aut versiculus iste pt exponi / et incipiendo exposicionem Albertus
dicit versiculum sic / quia propheta primo deo offert seipsum dicens vide /
exprimit sinceritatis affectum quoniam mandata tua dilexi / Et ex hiis
petit dicens in misericordia tua vivifica me / Et ergo vide / Unde secundo Albertus
tuo facit primo ostendit se deo placuisse / Nemo enim dicat deo vide
nisi indicat se si videatur deo placiturum / 2o dicit in hoc se esse le-
gem meliorem fecisse / quia lex precepit ut unusquisque ter in anno offerat
